

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE
COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVN-
dum locos liber nonus, Ioanne Guin-
terio Andernaco interprete.

De morbo regio, qui icteros græcè dicitur.



IVNT sanè icterici etiam bonæ in febribus crisis ratione, dum biliosus humor ex alto in cutem proruperit. Facillime liberantur balneis aquæ potabilis, tum fricitione ex oleo digerente, omnibusque denique rarefacientibus, cuiusmodi est anethinû oleû, & chamæmelû, & ricinû. Secundo ab his sunt ordine unguina, gleucinû, crocomaginû, deinde irinum & amaracinû. Cæterû alias peculiariter uocatas ictericas facultates qui scripserunt, non eiusmodi ictericis cõuenire dixerunt, sed maxime ijs qui ex uasorum iecoris laborant obstructione, præterea ijs qui inflammationibus infestant. Qui igitur ex obstructione arquato laborant, sine febrî permanet; quicunque uero ex inflammatione, omnino febricitant. Proinde quotquot scribentes ad morbum regium medicamenta, adiecerunt, quibus hæc cõueniant, recte fecerunt: quotquot autem simpliciter, & indistincte scripsere, non parum peccarunt. Nam quæ inligniter sunt medicamentosa, quemadmodum et quæ calida sunt facultate, admodum ledunt febricitantes: sunt autem huiusmodi, gentiana, struthion, helenium, costus, aristolochia, polium, & centauriû. At congruit ijs qui ob iecoris inflammationem regio laborant morbo, quæcunque inflammationibus medentur: quemadmodum et ijs qui ob eius obstructionem, omnia quæcunque abstergunt generose, tametsi fuerint medicamentosa substantia & calida facultate. Quod si in unum cõueniant & obstructio & inflammatio, laxatibus simul & abstergentibus opus est. Vitari autem debent quæ & medicamentosa substantiis, & calida facultatibus existunt. Cum igitur à plerisque qui ante me fuerunt, medicamenta ad morbum regium indistincte sint tradita, adiciam proprias uniuscuiusque distinctiones, ut sciat, quibus sine periculo in febribus utamini, quibus autem maiore ex disijciendo utilitas succedat, quam noxia, quæ ex irritata febrî, & inflammatione oritur.

Quæ Andromachus ad arquatam scripsit medicamenta.

Indistincte scripsit Andromachus quatuor medicamenta ad ictericos, quæ tutè sanè ijs qui febre carent usum habent: non autem in febricitantibus, & maxime si ex uino aut mulso quis hæc dederit, ut nonnunquam damus in moderatis quidem febribus uiscerisque obstructione: sed ex oxymelite non perinde acriter, tutius est tunc dare id genus quatuor medicamenta ipsius uerbis hic subscripta.

Ad ictericos.

» In cucurbitæ syluestris corticem iniectum uinum & calefactum dato potui: subducit aluum. Idem autem & thus præstat.

Aliud ad ictericos.

» Adianti obolos tres, nardi obolos duos, ablinthij drachmā unam, myrhæ obolos tres: passo excepta, dato nucis pōticæ magnitudine cum aquæ cyathis duobus.

Aliud ad ictericos quo utimur.

» Struthium croco tinctum quantum nux auellana implet, ex aqua & mulsa datur: item anchusa, mensura cochlearis,

Aliud ad ictericos, ut Apollonius.

» Erui drachmæ uiginti quatuor, cornu ceruini combusti drach. octo, thuris drachmæ tres, nardi gallicæ drach. duæ, nardi syriacæ drachma una, piperis drach. una
femis

semis, iunci odori floris drachma una, myrrhæ oboli duo, casia obolus unus, cina-
momi tantundem: utitor arido cum nulli cyathis tribus.

Quæ Asclepiades in tercio interiorum medicamenta tradiderit ad ictericos.

Ex prædictis clarum euadit, etiam si citra distinctionē scribantur medicamēta,
quænam sint in febricitantibus fugienda. Consuevit autem Asclepiades interdū
distingueret, addens febricitantibus sic dari oportere medicamentum, febre autem
carentibus sic. At ubi prorsus nihil adiungit, in febricitantibus est magis utendum:
ueluti ubi ex solo uino aut mulso utendum censemus. Talia enim à febre immuni-
bus congruunt. Hæc autem scripta sunt ab ipso medicamenta.

Potio ictericis accommoda.

Succi cichorii cyathos sex porrigito, febricitantibus quidē per se: febre autē liberis,
cum uini cyathis tribus. *Alia.* Solani succi cyathū unū, & nulli temperati dimidiū.

Aliud quod inspergi potest.

Anchusæ læuissimæ cochlearia duo cum aqua potabili potui dato, Struthij co-
chleare unum cum mellis temperati cyathis tribus dato.

Nicerati diureticum.

Cicerum siccorum sextarium unum, rorismarini manipulū unum, aquæ sexta-
rios sex, foeniculi manipulum unum, asparagorū palustrium manipulum, & dato
ut dictum est: decoctum liquorem & infaccatū febricitantibus potui continue ex-
hibeto, à febre liberis cum uino temperato. *Alia.* Cicerum sextariū unum, adianti
manipulum unum, aquæ sextarios sex, asparagorum palustrium radicem mani-
pulum unum: præparato, & ut dictum est porrigito.

Pastillus ictericus: uuat & hepaticos.

Amygdalarum amararū purgatarum drachmæ quatuor, anisi, absinthij, nardi
indicæ, asari, singulæ drachmæ: tusa cribrataq; aqua subigito, pastillos fingito, da-
toq; drachmam unam à febre immunibus, cum nulli cyathis tribus.

Aliud, quo utebatur Charixenes.

Asari, absinthij, utriusque drachmas octo, anisi seminis, malathri, feminis apij,
thasiorum amarorū purgatorum, singulorum drachmas quatuor: aqua subactis,
pastillos fingito, & ut dictum est exhibeto.

Nicerati medicamen quod naribus instillatur, arquatium purgans.

Cum reliquū corpus secundum naturā habet, oculi uero manent pallidi, exhi-
beto in balneo aceti acerrimi cochleare unum per nares attrahendū, defluet multū
biliosæ substantiæ. *Eiusdem.* Nasturtij uiridis tenella folia, aut rorismarini uiridis
tenerrima folia cōterito, eorumq; succū exprimito: utitor ut dictum est. *Eiusdem.*
Elaterium cum lacte muliebri naribus infundito, & attrahere iubeto.

Quæ Archigenes ad arquatium in secundo de medicamentis secundum genus descripsit.

Post congruā ictericorum aliorumq; præceptorū rationē, per obambulationes
abunde multas, item unguendo frictions, insuper sicca fomēta adhibita, utitor etiā
subscriptis medicamētis. Aiunt febricitantes, si arquato laborēt, rufi canini rubi fru-
ctus esu subito probè iuuari. Prodest & chelidonis herbæ succus cū uino aut mul-
sa potus. Aut adiantū, aut erythrodani radicis oboli tres cum mulso dantur. Aut
struthium cum melle lingant. Aut urlini fellis quantū cyathus cōtinet potui dato.
Aut hyperici unciam unam cum mulso potui exhibeto. Aut mulsæ cyathū unū.
Aut helxinæ decoctū ad dies quinq; aut sex cum mulso. Aut canini stercoris albi
uncias duas cū mellis uncia semilī ad tres dies potui dato. Aut lichenes qui à faxis
distrahuntur, potui dato cū mulsæ. Aut lichenis qui in tegulis lapidibusq; nascitur
drach. unam in mero potui exhibeto. Aut cardamomū cum olei cyatho uno dato
potandū. In fauces radicē ipsius cōijcito. Aut absinthij cochlearia iij, anisi cochle-
aria tria cum oxymelite dato. Aut oxylapathi, aut lapathi radicis læuis acetabulū

» porrigito cum mulsa; quod si non febricitet, cum uino aut oxymelite. Aut adianti
 » aut menthae & erythrodani parē portionē feruefactā in aquae hemina una, in sole
 » diutius exposita, potui dato sitibundo anhelantiq; ut bibendo sudet, & immuta-
 » bitur color. Aut adianti & myrrhē dimidium, ieiuno lotoq; praebeto, in uini dimi-
 » diata hemina. Aut leporis coagulum dato cum mero ad dies quinq; aut sex. Aut
 » scolopendriae drachmas quatuor in uino dato ieiuno, ad dies quinq; aut sex. Aut
 » mentham, erythrodanū, & adiantum pari portione potui dato cum aquae cyathis
 » duobus. Aut betae foliorum crudorum drachmas sex, myrrhae obolos duos cum
 » mulsa ieiuno dato. Aut antē diligenter loto, ieiuno dato cum uini hemina dimidia
 » ta, adianti drachmam unam, myrrhae drachmas octo, rutae drachmā unam, aquae
 » heminas duas; coquito usque ad dimidium; deinde ubi deambulauerit multum,
 » diligenter fricato, atque spiritu adhuc in altiora sublato potui dato, idq; biduum
 » facito. Aut ciceres, quos orobios uocāt, soli expositos in aqua, potui dato ex aqua;
 » ciceres uero esui mane & uesperī dato; deinceps absinthium in mulsa bibant tri-
 » duum. Aut cyclamini succo per nares purgans abluito. Aut orontion herbā mul-
 » tam decoquito, & iure ipsius abluito, et deprehendes subito aquam effici uiridem.
 » Aut uenam quae sub lingua est incidito. Quod si non his morbus cedat, tum me-
 » dicamento ex scammonia, exactaq; uictus ratione erunt curandi, atque post hoc
 » ad exercitia mittendi.

De liene.

Quod omnes particulae proprium sibi ipsis trahant ex uenis succum, in cōmen-
 tarijs de naturalibus facultatibus docti estis; necnō quod ueluti fecem sanguinis,
 ex qua nascitur atra bilis, uiscus hoc alimentum habet. Ad hanc in memoriam re-
 uocantes, & quaecunq; in libris de methodo medendi dicta sunt de liene, similiter
 assequemini quae nunc dicentur, quorum primum & praecipuum est, quod celer-
 rime id uiscus in scirrhum incidere solet, eo quod sanguis qui in uenis ipsius conti-
 netur impactus, neq; ob crassitiem excerni, neq; facile digeri queat. Proinde atte-
 nuantibus eget medicamentis citra manifestam caliditatem, ne uehementius in-
 crassetur infarctus in eo crassus humor. Ceterum ad uires ipsi conseruandas, admi-
 scentur illis nonnulla austerorum, quale est & astringentium genus. Siquidem di-
 dicistis in libris de uiribus naturalibus, quod cum omnes particulae sui conseruan-
 di gratia facultatibus sint praeditae, tum familiarium attractoria, & alienorum ex-
 cretoria, tum assimilatrice eorum quae attraxerint, nonnullis ipsarum inest ex ac-
 cidenti, ut uniuersum corpus insigniter iuuent; ex qualium numero est & lien, tra-
 hens ad seipsum ex iecinore ueluti fecē sanguinis; licuti & uesica in iecinore, bilē;
 renes, urinam. Si igitur imbecillior lien nequeat ad sese attrahere id genus sangui-
 nem, humorum corruptio uniuerso corpori infligitur; proinde naturale ipsius ro-
 bur conseruandum est, quo congruum sibi trahat alimentum; qua functione uni-
 uerso corpori, ad humorum bonitatem magnum adfert emolumentum; tum na-
 ta in ipso excrementa in uentrem propellere potest, cum alimenti superfluis excer-
 nendis. Ob id igitur tum ualde amara ipsi offerimus medicamenta, tum nonnul-
 la austerorum illis miscemus; ad materiam uero, utilem uel unctiōnum uel ma-
 lagmatum confectioni, nonnulla adijcimus, quale est medicamentum, cera, resi-
 na, pix, & bitumen, & quaecunq; id genus alia. Prima itaq; ratione acetum & oxy-
 mel utilia sunt uisceri, ut quae & disseccare & attenuare crassos humores queant ci-
 tra calefactionem. Quemadmodum ergo in alijs particulis quaecunq; per cata-
 plasmatum aut humidorum medicamentorum applicationem superfusionem ue-
 conducunt, alio libro sunt dicta, ita & nunc omissis ijs quae splenem inflammatio-
 ne tentatum curant, tantum eorum quae scirrhu affectis conueniunt, mentionem
 faciemus; quod & ij qui ante me fuerūt, in libris de medicamentis scriptis factitarūt,
 peculiariter

peculiariter appellantes splenicos, qui scirrholo affectui lienem habent obnoxii.

Medicamenta ad splenicos ab Andromacho descripta, ita ad uerbum se habent.

Potio ad lienosos Antupatri ex Nili sententia.

Myrobalani carnis drachmę tres, hemionitidis herbę (quam alij asplenum, alij scolopendram dicunt) drachmę sex, capparıs radicis corticis, costi, singulorũ drachmę quatuor, chamędryos drachmę sex, polij drachmę tres, cotyledonis radicis drachmę duę, hederę nigrę corymborũ grana uiginti quinque, ammoniaci thymiamatis drachmę quatuor, hyperici fructus, galbani, singulorũ drach. binę, periclymeni fructus drachma una, aut radicis drach. tres, cardamomi nigri drachma una semis, scillę fructus succi drachmę sedecim; in oxymelite dato obolos duos.

Lienosis potio.

Glandis unguentarię drachmas quatuor, hederę albę grana uiginti quatuor, costi, periclymeni seminis, singulorum binas drachmas, hyperici drachmam unã (in alijs drachmas quatuor) galbani drachmam unam obolos duos, cardamomi drachmas quatuor: excepta scillę succo decocto, dato cyathũ gręcum ex oxymelite. *Alia.* Myrobalani carnis drachmas tres, hyperici, periclymeni fructus, dauci radicis, erythrodani, acori, phu pontici, croci, singulorũ drachmas sex, iunci odori drachmas tres, menthę, cardamomi, chamępityos, capparıs radicis, polij, singulorum drachmas sex (alij uero drachmas tres) ammoniaci thymiamatis drachmas tres: oxymelite excipito pastillos binos obolos pendētes, datoq; in oxymelite unũ; facit autem & hepaticis, & hydropicis.

Aliud, conducit lienosis.

Chamędryos drachmas quatuor, polij drachmas quinque, chamępityos drach. quatuor, erythrodani drachmas quinque, ammoniaci thymiamatis, artemisię, singulorum drachmas tres, myrobalani drachmas quatuor, capparıs radicis corticis drachmas tres, aristolochię drachmas sex, tragacanthę drachmas duas; aqua excipito: pastillos triobolares formato: dato ex oxymelite.

Aliud stomacho idoneum: uitior autem ad omnem lienis affectum: conducit & ad conuulsiones, inflaciones, & muliebres affectus.

Myrrhę, nardi indicę, capparıs radicis corticis, singulorũ drachmas quatuor, costi drachmas quinque, panacis radicis, peucedani radicis, dictamni, singulorum drachmas quatuor, polij drachmas duas, periclymeni radicis corticis drachmas quatuor, erythrodani drachmas tres semis, ammoniaci thymiamatis drachmas quatuor semis (nonnulli & ireos tantundem) oxymelite excipito: dato obolos duos ex oxymelite.

Aliud, lienosis non nisi recta ceruice spirantibus utile.

Struthij, scillę tostę, panacis, capparıs radicis, singulorũ drachmas quinque, comagmatis drachmas duas semis: aceto excipito, datoq; ex oxymelite scillitico. *Aliud.* Struthij, capparıs radicis corticis, chamędryos, panacis, singulorum drach. decem, myricę fructus drachmas tres: aceto scillitico excipito, & drachmã unam dato ex oxymelite scillitico.

Medicamenta potulenta ad lienosos ab Asclepiade descripta.

Cynoglossę manipulum acceptum terito, cum uini cyathis tribus, & succũ expressum dato potui ante cibũ: conducit & succus per se. Herbam aut sinistra manu ante solis ortum decerpere oportet. *Aliud.* Chamędryos manipulũ decoctũ cum sextario uno, succumq; expressum reponito, duosq; cyathos ante cibum dato.

Cataplasticum lienosis.

Tamaricis fructum tustum cribratumq; reponito, ubi usus uenerit, cochlearia duo dato cum oxymelitis temperati cyathis tribus. Aut herbã pelargitę dictã, tursam cribratamq; dato ut ante dictum est. *Aliud.* Onagri, aut equi syluestris lienem

- » tostum tusumq; reponito, datoq; cochlearia duo, cū uini temperati cyathis tribus,
Catapotium lienosis.
 » Hederae albæ summitatū dato grana tria deglutieda, & oxymelitis cyathos tres
 » superbibendos.

Andrea Peonium.

- » Tamaricis fructum tusum cribratumq; excipito galbano, catapotiaq; confici-
 » to, dato prout uires sunt.

Pastillus splenicus, absumit tumorem.

- » Erica fructus drachmæ quatuor, piperis albi, nardi syriacæ, ammoniaci thymia-
 » matis, singulorum drachmæ duæ; arida tunduntur cribranturq; ammoniacū uero
 » aceto scillitico dissoluitur, aridisq; cōmixtum, sic in massam redigitur, fiuntq; pa-
 » stilli singulas uncias pendentes: dantur drachmæ tres, cum oxymelitis cyathis tri-
 » bus. Is qui dedit medicamentum, ait porcellum bibisse ex hoc pastillo tribus die-
 » bus, postea uero resectum porcellum sine splene inuentum.

Aliud, tollit humorem.

- » Ammoniaci thymiamatis, rubi foliorum tenerrimorum, singulorū drachmas
 » octo, capparitis corticis drachmas quatuor, myricæ fructus, herbe aspleni dictæ, sco-
 » lopendrij, aut hemionitidis, scillæ tostæ purgatæ nucleis, piperis albi, singulorum
 » drachmas duas: aqua excipito, effingitoq; pastillos, & exhibeto drachmā unam,
 » cum oxymelitis cyathis tribus.

Chrysermi, lienosis, hydropicis, & egre uinam reddentibus utile: uentrem mollit.

- » Squillam grandem luto obductam torreto, corticemq; & quod in fundo durit
 » sculum est, auferto: nuclei uero accipiens libras duas, dauci seminis acetabulum,
 » quod est uncia una, anisi, seseleos, panacis radicis, ireos, cuiusq; parem portionem,
 » urticæ seminis, baccarum cedri, singulorum drachmas duodecim, myrrhæ drach.
 » quatuor, eruorum molitorum chœnicem, uini odorati quantum sufficit: subactis
 » pastillos effingito. habet autē & tragacanthæ minas quatuor, datur drachma una
 » cum oxymelitis cyathis tribus.

Aliud Eugerasiæ.

- » Scillæ tostæ repurgatæ minas duas, bryoniæ radicis minas octo, piperis albi pa-
 » rem portionem, petroselinī tantūdem, dauci cretici seminis tantūdem, eruorum
 » molitorum tantūdem, baccarum cedri sextarium unum; habeat autem aceti un-
 » cias octo, ireos, panacis radicis, myrrhæ, singulorum uncias tres, uini falerni quan-
 » tum excipiēdis illis sufficit: fingito pastillos, siccatoq; in umbra: dato unciam unā
 » cum uini temperati cyathis tribus.

Epithemata & emplastra eiusdem Asclepiadis, ad recentes lienis inflammationes.

- » Arboris sambuci tenerrimorū foliorum libras tres, aloes libram unā: præpara-
 » to ex aceto, atq; linteolo illita emplastrī modo imposito. Erica fructus uncias sex,
 » galbani libram unam (nonnulli uncias sex) fructum terito cribratoq; atq; ita gal-
 » banum inijsito: mixta diligenter & linteolo illita applicato.

Ideotæ medicamentum approbatum.

- » Visci querni libram unam, calcis uiuæ tantūdem: uiscum in uas fictile conie-
 » ctum, prunisq; superimpositum finito dissolui, ubi dissolueris, calcem uiuam in-
 » spergito atque misceto, calidumq; in pellem albam illitum imposito. Caterum
 » etiam unā cum medicamento lauare oportet, atque ita sinere donec ultero decidat.
 » Præterea curandum ut particula à liene recedentes amputentur. *Aliud.* Visci quer-
 » ni libram unam, calcis uiuæ unciam unam, lapidis asij floris uncias quatuor, cedriq;
 » unciam unam: præparato ex more, utitorq; quotidie accipiens medicamētum, &
 » spongijs locos fouens, iterum illud imposito, urinas mouet.

Malagma

Malagma chryszon, id est, aureum colorem representans, ualde bonum.

Ceræ, resinæ pityinæ frictæ, singulorum libras duas, arsenici, aluminis scissi, calcis uiuæ, singulorum uncias duas, aceti, olei, singulorum cyathos octo: præparato ex more.

Aliud uehementer generosum, quo usus est Andromachus.

Ceræ, resinæ pityinæ, picis brutiæ aridæ, singulorum libras binas, arsenici, aluminis scissi, calcis uiuæ, singulorum uncias binas, aceti cyathos octo: præparato in modum prædictum. Iuuat lienosos, hydropicos, præcordiorumq; tensiones. Prodest & ischiadicis, hoc est, coxendice affectis, articularijs. Nos adijcimus medicamento, myrrhæ uncias duas semis, aceti uncias quatuor.

Ad scirrhosos lienis affectus: utebatur Tryphon Gortyniates.

Fœnugræci moliti, sinapis, mannæ thuris, singulorum sextarium unum, myrobalani expressionis sextarij dimidium, nitri spumæ uncias tres: in tenuissimum redacta læuorē, mixtaq; decocto cedrino oleo excipito, ita ut emplastri liquidi crassitiem obtineat: usus eius est per interuallum. Applicandi medicamēti tempus est ante balneum, quantum æger tolerare potest: deinde hoc illigato, in balneum ducendus est: post reliquam corporis curam, solium ingredi debet, atque ita in aqua soluenda fascia.

Aliud splenicis una die efficax. Cæterum antequam medicamentum imponitur, tribus diebus certa uictus ratione uitimur.

Myrrhæ, mannæ thuris, singulorum uncias tres, sinapis alexandrinæ, cardamomi, singulorum uncias binas, aceti scillitici quod satis est, sinapi, cardamomumq; trita cribrataq;: mannæ autem & myrrham læuigata iniicito arida, acetoq; subacta, instar malagmatis effcito, reponitoq; ab hora secunda usq; ad nonam, deinde duabus obuinctum fascijs in balneū ducimus, & ubi laxata fuerint, in solium descendet, in quo diutius detineatur, extra aquam tibias habens. Atqui ne animo deficiat, acetum pulegiumq; olfaciet, fasciasq; paulatim dissoluet: exeunti autem e balneo, balsamentum absque pane dandum, & uinum marina aqua temperatum. Porro in sequenti die eadem exhibenda, tertio uero exercitijs utendum, ijs quæ spiritum possunt exacuere.

Aliud Arij Tarsei, usus ex interuallo.

Ficorum pinguisimorum, sinapis, capparis radicis corticis, singulorum libram unam, aceti quod sufficit.

Aliud Diodori.

Sinapis, nasturtij, fœnugræci, feminis lini, myrobalani expressionis, singulorum drachmas octo: excipito cedrini liquore decocto, atque cum aceto scillitico subigito: usus eius ante balneum, Medicamentum utile est etiam post usum, sanguinem meientibus.

Medicamenta ab eodem Asclepiade in quarto externorum descripta ad lienosos & hydropicos, quæ ad uerbum sic habent.

Epithema lienosis, tumores liquat. Sambuci foliorum tenellorum libras tres, aloes pinguis librā unam: trita cum aceto læuigataq; emplastri in modum linteo imponito. *Aliud.* Ericæ fructus libram unam: contusum fructum cribratumq; galbano excipito, rursusq; contundito, irini sedimētum attingens, ut malagmaus formam acquirat, deinde illitum linteolo imponito.

Malagma ad lienosos.

Glandis unguentariæ corticum contusorum cribratorumq; minæ dimidium, & expressi tantundem, ceræ drachmæ sex, resinæ terebinthinæ drachmæ triginta duæ, galbani drachmæ decem, irini exiguum: quæ liquari possunt siccis adijciuntur.

Aliud ualde generosum.

» Glandis unguetariae farinae unciae tres, nitri uncia una (secundū alios uncię qua-
» tuor) cerę uncia sex, terebinthinę uncia octo, aceti quod satis est: lienē consumit.

*Malagma ex cedrino liquore, lienosis, hydropicis accommodatum: urinas multas ci-
tat, & lienem imminuit: oportet autem simul cum medicamento lauare, &
quod acute recedit amputare, hoc est, splenium: nam tandiu medicamentum
adhærere oportet, quousq; sua sponte excidit. Compositio hæc est.*

» Visci quercini libra, calcis uiuę uncia sex, lapidis asij floris uncia quatuor, ce-
» drini liquoris uncię tres: uiscum incoquito in olla ærea, ubi flauus euaserit, cedrinū
» liquorem iniicito, continue mouens: arida læuigata adiungito; deinde ubi ab igne
» sustuleris, finito modicę refrigerari: deinde illitū in pellem albam quę a spina dici-
» tur, imposito locis affectis, iubetoq; simul lauare, usq; dum sua sponte spleniū exci-
» dat: cōuenit tamen, ut etiam superius dictū est, partes recedentes spleniū amputare.

Aliud uehementer generosum.

» Lapidis asij floris uncia duę, lapidis gagatis uncia una, calcis non restinctę un-
» cia octo, uisci quercini libra una: præparato & utitor.

Malagma Antiochidis ad lienosos, hydropicos, ischiadicos, articulares: paratum est Fabille.

» Cerę librę tres, resinę terebinthinę librę tres, myrobalani expressi libra una,
» nitri spumę libra una, lapidis asij floris libra una, guttę ammoniaci libra una, olei
» cyprini librę tres: acetum ad ammoniacum dissoluendum.

Aliud Fabillę compositum, admodum efficax ad easdem dispositiones.

» Myrrhę stillaticę librę duę, opopanax, galbanę, mastiches, lapidis asij floris,
» styracis, liquoris fycomori, canchryos, singulorū libra una, piperis albi uncia sex,
» cerę librę quinę, terebinthinę tantundem. *ἡ ἄσπις*, id est, quod contundat est medi-
» camentum, atq; oportet cōtundendo attingere irini unguenti sedimentum, ut me-
» dicamentū tactu mollissimum fiat: etenim repositum tactu mollissimum efficitur.

Malagma quod etiam chrysisusan, ab aureo colore, uocamus.

» Arsenici uncia una, aluminis scissi uncia duę, calcis non restinctę uncia duę,
» arida contundimus, cribramus, & in pilam conijcimus, his adijciuntur aceti cya-
» thi octo, & læuigata diligenter excipimus liquidis. Sunt autem hæc: cerę libra
» una, resinę frictę librę duę, pityinę tantundem: hæc liquefacta sinimus refrigera-
» ri, & derasa adijcimus læuigatis. Nos adiecimus medicamento confectioni, myr-
» rhę uncias duas.

*Aliud, hoc usus est Andromachus: bene facit lienosis, hydropicis, & præcordiorum distensionibus:
confert coxendicium doloribus & articulis, item ualet ad dispositiones inueteratas.*

» Cerę libra una, picis bruti tantūdem: loco resinę frictę, picem iniicimus: olei
» cyathi octo, arsenici aurei coloris uncia duę, aluminis scissi uncia duę, calcis non
» restinctę tantūdem: præparato ut dictum est. Nos addidimus medicamento, myr-
» rhę uncias duas, uisci quercini uncias quatuor.

*Ad diuturnas lienis scirrhosas dispositiones, authemeron, quod eodem die morbum soluat, appella-
tū. Oportet autem antequam medicamentum illiges, ad tres dies
ægotantem uictus ratione certa deducas.*

» Myrrhę, manne thuris, singulorum uncia tres, sinapis alexandrini uncia duę,
» nasturtij tantundem, aceti scillitici quod satis est. Contusa cribrataq; arida aceto
» conspersa, ut malagmatis formam accipiant, illita in linteolum imposito, ab hora
» secunda usque ad nonam conseruans, & fasciola impositum malagma continens,
» deinde in balneum mittito, ita illigatum: & cum probè laxatum fuerit, in solium
» deducito, iubens ut extra id pedes habeat, & diutius immoretur. Porro ad horum
» recreationem, acetum & pulegium naribus admouemus, conamurq; paulatim fa-
» sciolam soluere; sint autem duę quę malagmati incumbant. Quę fasciole tollun-
» tur,

tur, auferimus etiam malagma iniectum, ac locos dolentes abunde fouemus: egres-
 so balneum, falfamentum exhibemus citra panem, item uinum marina confectum:
 in sequenti die idem facimus, tertio idem. Exercitijs utimur, quæ spiritum possunt
 exacuere.

Aliud Critonis Gortyniatæ Cretenfis, medicamen approbatum.

Fœnugræci moliti sextarius unus, glandis unguentariæ expressionis dimidium,
 nitri spumæ unciæ tres: omnia leuigata cedrino liquore excipito. Conuenit autem
 prius hunc coctum inspissescere, ut cerati habeat crassitiem; usus est ante balneum,
 quantum æger ferre potest: à balneo ceratum iniicimus.

Aliud, cui titulus est authemerom, eodem die à dispositione liberat.

Pyrethri drachmæ uiginti, glandis unguentariæ unciæ octo, cardamomi unciæ
 octo, urticæ feminis unciæ octo, sinapis sextarij dimidium. Omnia læuigata, &
 aceto conspersa imposito per interualla ad horas tres, si æger potest sustinere: de-
 inde sublato medicamento lauare præcipito. In balneo utendum est cerato ex ro-
 faceo parato.

Aliud, tumorem diminuit.

Lapidis asij floris, nitri rubri, glandis unguentariæ expressionis, guttæ ammo-
 niaci, lingulorū drachmæ uiginti quatuor, capparis radicis corticis drachmæ octo,
 raphani feminis drachmæ decem, aut etiam succi cyathus unus, aceti quamacerri-
 mi quod satis est, uisci quercini drachmæ quadraginta: dissoluito ammoniacū suc-
 co sambuci, aut tamaricis, aut trifolij: arida contundito, incernitoque tribro tenuis-
 simo: aceto conspersis mixtisque, uiscum adijcito: rursus contulis exceptisque utitor.

Quæ Archigenes in primo de medicamentis secundum genera præceperit, ad lienosos.

In lienosis præcedente similiter tota uictus ratione, ex cõpositionibus quæ mox
 scribentur, his utitor. Potio quidem erit aqua, in qua ferrum ignitum sæpe restin-
 ctum sit: febre carentibus quidem, cum uino: febricitantibus aquam potui dato.
 Aut anagallidis ceruleo flore obolum unum, cum oxymelite, aut serpyllum cum
 aceto, aut panacis radicem uiridem cum mulla propinato, aut semen similiter: mul-
 sam uero prius aeri exponito: aut peryclimeni radicis corticem, & fructus quantū
 tribus digitis comprehendere potest, ex mero uino calido, ac albo, potui dato ieiuno
 ad quadraginta dies, aut uulpis aridum iecur, cum oxymelite dato potui, aut cumi-
 num æthiopicum similiter iecori, cum oxymelite, aut ari radicis corticis drachmā
 semissem, cum oxymelitis cyathis tribus, aut polium similiter cum oxymelite, aut
 hederæ albæ grana tria, cum tribus oxymelitis cyathis, aut capparis folia læuia sic-
 ca, cum mero propina. Cæterū lienosos hisce applicato cataplasmatibus. Ad iecora-
 rios: præterea cinis ex fornace ærario cum aceto, aut cappari macerata aceto, exce-
 pta cerato cyprino, aut id quod ex nasturtio, fœnugræco, calce uiua constat, nitro
 & melle emolliens imposito, aut fœnugræcū, calcem uiuam, nitrum, et mel emol-
 liens inducito, aut lepidij folia inducito: quum autem iam mordentur, inducens
 in balneum, sublato medicamento, in feruidam collocato continetose, nam ægre-
 ferent quum nimium mordentur, sani autem egrediuntur. Idem etiam in coxendi-
 cum doloribus confert. Aut glandis unguentariæ expressum aceto macerans ro-
 faceo misceto, & imposito. Aut fœnugræci & nasturtij parem modū, manne du-
 plicatum, calcis uiuæ momentum, cum melle ut emplastrum splenium imposito.
 Aut fecem ex aceto acri inducito, capparis radicem ex aceto, aut spongiam ex ace-
 to acerrimo. Summè facit glandis unguentariæ putamen, & nitri pars tertia: leuia
 aceto macerans, resinam & ceram modicè oleo liquefactam superfundito, et emol-
 litis utitor: quod si malum perseveret, cucurbitulas admoueto, scalpello exasperas.
 Porro quæ appenduntur, & succurrunt hepatis & lienis, hæc probata uidentur esse.
 Vena in sinistro latere diuisa, sanguine lienem affectum confricatio.

De hydrope, id est, aqua inter cutem.

Hydropicorum medicamenta, & alia communia ipsis lienosis sunt, & alia quædam in multum usum idonea, tum ad prædictos affectus, tum ad durities, & quodcumque discutere ac digerere conuenit, etsi iam purulenta sit constitutio. Incipiam autem etiam in his ab illis quæ Asclepiades tradidit.

Quæ Asclepiades medicamenta ad nominatos affectus tradiderit in quarto interiorum quæ Marcellas inscribit.

- » Epithema hydropicis admodum efficax, & humorem in hærentem absorbet.
 » Farris, quod uocamus zeam, moliti sextarij duo, lapidis alij floris sextarius unus,
 » mannæ libra una: læuigata diligenter adipe suillo ueteri elaborato, in uinoque ma-
 » defacto tota nocte, excipito: mensura autem adipis esto quæta iniecta potest tactu
 » lene medicamentum efficere. Befasa, semen autem est syluestris rutæ, quam nunc
 » indigenæ harmola uocant, quod in Syria nascitur: huius cõtusi sextarius unus, man-
 » næ sextarij dimidium, adipis suilli ueteris quantum sufficit: præparato, ut superius
 » traditum est. Aliud. Ficuum pinguißimarum libræ tres, origani libra una (nonnulli
 » cumini libram unam ponunt) sulphuris uiui uncia tres, cochlearum aphricanarum
 » libra una: arida contundito, incernito, & excipito ficibus contusis, cum carnibus
 » cochlearum: illita in linteolum imponito, mellis cocti quantum satis est adijcto.

Aliud, ex commentarijs Critonis.

- » Fœnuigræci moliti cribratiq; sextarij duo, sulphuris uiui libræ duæ semis: ari-
 » da læuissima melle cocto excipito, deinde illita in linteolum in noctem imponito:
 » die autem utitor & manè subscripta quoque confectio, ceræ libra una, picis aridæ
 » tantundem: liquida aridis affunduntur.

Malagma cui titulus est poterion, humiditates in alto absorbit, & scirrhos dissoluit.

- » Ceræ, picis aridæ, singulorum libræ duæ, aluminis liquidi, sulphuris uiui, mannæ,
 » nitri rubri, singulorum libra una, resinæ frictæ libræ quatuor, olei ueteris hemina
 » una, aceti ut sicca dissoluantur quantum sufficit, ac utitor præparato ceu nobili.

Aliud generosum, aut poterion medicamentum approbatum: bene facit hydro-
 picis, lienosis & inueteratis dispositionibus.

- » Resinæ frictæ libræ quatuor, ceræ libræ duæ, sulphuris uiui libra una, picis liqui-
 » dæ libræ duæ, aluminis liquidi libra una, nitri rubri tantundem, aristolochiæ qua-
 » drans, bdellij tantundem, amomi uuæ quadrans, cucumeris syluatici radicis qua-
 » drans, aloes selibra, pyrethri quadrans, guttæ ammoniacæ quadrans, uisci quercini
 » quadrans, liquoris sycomorî quadrans, aceti sesquiseptarij: aut uinum italicum
 » in uicem aceti inijcimus, olei hemina tres: præparatur in modum prædictum.

Malagma dia daphnidon, hoc est, ex lauri baccis, lienosis, hydropicis: dissoluit
 omnem duritiem, abscessus in alto absorbit.

- » Ceræ, resinæ piceæ, picis brutiæ, baccharum lauri siccarum, nitri rubri, guttæ am-
 » moniacæ, seui uitulini elaborati, singulæ libræ: arida contunduntur, incernunturq;
 » tenuissimo cribro: quæ liquari possunt liquantur, refrigeranturq; & aridis super-
 » inijciuntur: rursus contulis exceptisq; utimur. Aliud. Baccharum lauri, picis,
 » mannæ, seui taurini, ammoniaci suffiminis, ceræ, singulæ libræ: præparantur mo-
 » do prædicto.

Quod ad Cureum refertur splenicum, hydropicum.

- » Hoc Cureus ex Bithynia uir utens, coxendicum dolores in totum dissoluit. Pi-
 » cis aridæ libræ quatuor, ceræ, resinæ piceæ, ammoniaci thymiamatis, nitri rubri, sin-
 » gulorum libræ duæ, seui taurini libra una (in alio etiam iridis libræ duæ) cachryos
 » uncia octodecim, farinæ fœnuigræci pollinis, chamæleontis nigri radicis contusæ
 » læuissimæ, singuli sextarij, cumini admodum læuis sesquiseptarij, passi sextarij
 » unus. In alio exemplari est, anisi læuissimi sextarij dimidiu: pollinē uero nō habet.

Alia

Alia Bithyne dicta, medicamentum ad supra dictas dispositiones accommodatum.

Picis brutiæ libræ quatuor, resinæ piceæ, ceræ, guttæ ammoniacæ, singulorum 22
libræ duæ, medullæ ceruinæ libra una, seui taurini elaborati libra una, liquoris sy- 22
comori libra una, lapidis asij floris uncia sex, chamæleontis nigri corticis contusæ 22
tantundem, baccarum lauri siccarum selibra, farinæ iridis selibra, dauci cretensis 22
feminis contusi uncia quatuor, petroselini uncia quatuor, cumini aethiopicici un- 22
cia quatuor, anisi uncia quatuor, salis hispani uncia sex, aphronitri uncia sex, cy- 22
prini tantundem, uini falerni quantum sufficit: arida macerata preparato uti in- 22
dicatum est. 22

Malagma diaspermaton, hoc est, ex seminibus, medicamentum prædictis dispositionibus accommodatum. Hoc usus est Olympius.

Ceræ terebinthinæ, guttæ ammoniacæ, seui taurini, anisi, fœnugræci, petroseli- 22
ni, singulorū drachmæ centum, ammeos illyricæ, iridis illyricæ, singulorum dra- 22
chmæ quinquaginta, panacis drachmæ centum, nitri drachmæ quinquaginta, 22
glycyrrhizæ tantundem, cyperi, herbæ sabinæ, sampsuchi, meliloti, singulorum 22
drachmæ uiginti quinque, cardamomi, casia fistulæ, nardi gallicæ, dauci cretensis ra- 22
dicis, singulorum drachmæ duodecim semis, mellis hemine dimidium, uini odori 22
quantum sufficit: preparato, ut ostensum est. *Aliud.* Ceræ, guttæ ammoniacæ, 22
terebinthinæ, singulæ minæ, sampsuchi minæ dimidium, iridis illyricæ minæ quarta 22
pars, quod est drachmæ triginta, lini feminis torrefacti, adipis tauri, cucumeris syl- 22
uatici radicis sicca, anisi, apij feminis, ammeos, cumini, fœniculi, nitri, singulorū mi- 22
næ quatuor, piperis drachmæ duodecim semis, mellis hemina, uini sesquihemina, 22
cyprini sesquihemina, aceti sesquihemina: composito & utitor. 22

Ex scriptis Andromachi ad hydropicos & inflationes.

Picis liquidæ libræ duæ, ceræ libra una, nitri drachmæ sex, sulphuris uiui uncia 22
sex, aluminis tantundem. 22

Ad hydropicos Chleophante autore.

Ceræ, resinæ, aphronitri, singulorum drachmæ centum, galbani drachmæ duo- 22
decim semis, propolis drachmæ duodecim semis, guttæ ammoniacæ tantundem, 22
cyprini cyathi duo, aceti tantundem. 22

Medicamenta Archigenis ex secundo medicamentorum secundum genus.

Hydropicis eam uictus rationem quæ conuenit præscribito: oblinito quidem 22
stercore bouis gregarij: siccato autem id diligenter, & leuigatum in posca coquito 22
polentæ ordeacæ modo, asperfa sulphuris uiui quarta parte, & toti uentris spatio 22
superaccomodato. Musa oblinebat ipsos elaterio, herba pedicularia, hyssopo, felle 22
taurino, æquali portione, ficubus contusis exceptis: aut cucumeris syluatici radi- 22
cis in uino coctæ minæ una, aut ficuum similiter coctarū minæ dimidium: hæc si- 22
mul leuigato, decoctum ipsis affundens, usque dum malagmatis formam effeceris: 22
deinde mixta ipsius althææ læuis radicis pari portione, & unà concoquens leuiga- 22
to, atque sic applicato. Aut stercora caprilla in pueri impubis urina coquens; aut in 22
ipsius capre urina sordium crassitiem fingens admoueto: summè ipsos per aluum 22
purgat. *Aliud.* Veratrum nigrum, fel taurinū, nitrum, piper, æquali pondere, 22
cum melle uentri ad horam dimidiā obducēs. Per totum aut curationis cursum 22
propinabis hæc: Cotyledonis drachma una, scillæ puræ sicca libra una: ex mulso 22
temperato quotidie dato. Aut ari radicis corticis drachma una, cneorij, quā non 22
nulli chamæleon uocāt, drachmæ tres, succi arundinū, quæ ad radices tenera tuber 22
cula habent, cyathi tres: mixtos prædictis quotidie potui dato. Optimè aut hoc fa- 22
cit, cancri fluuiatilis sicci sine pedibus et alis, leuigati drach. una, opij obolus unus: 22
mixta aquæ eiusdem fluuij, unde cancri sumuntur, potui dato: nonnunquam autē 22
in uicem opij opobalsami par modus adijcitur. Aut corallij drachma una, alumi- 22

20 nis scissi drachma una oboli duo : laeuigata cum calaminthæ diluto pastillos duor
 20 rum obolorum fingito, datoq; potui ex calaminthæ aqua obolum : summè facit
 20 etiam nephreticis. Aut radicem calaminthæ decoctam propinato, aut quod sion
 20 dicitur: hoc etiam esui exhibeto. Aut tribuli folia, radicem uè cum uino dato. Vel
 20 in balneo sale & oleo diligenter quousque sudauerint inunctos educito. Et solos
 20 testes ubi ablueris, desudantes primum linteis, deinde reliquis tegumentis cooper
 20 tos, tollito, ac dato furnaceum panem, cum ficibus siccis copiosis esui : propinato
 20 autem uinum nigrum italicum, aut spicatum recens, in quo ficuum unciæ quatuor
 20 decoctæ sint in sextarijs sex, usq; dum tertia pars relicta fuerit : purgat per urinas.
 20 Aut capræ urinæ cochlearium, cum nardi drachma calefactum, propinato. Aut 10
 20 cucumerem syluaticum uino nardino, aut aminæo macerato ter, huius diluti cyathum
 20 unum dato, & augeto paulatim usque ad cyathos ternos. Aut seseli potui,
 20 aut esui dato. Vel daphnoidem lauem lupini instar inspergens, potui exhibeto :
 20 urinas copiose educit. Aut ari radicis corticem in uino. Aut squamæ æris dra
 20 chmam unam : panis mica excepta in catapotia cogito datoq; : aquam ualide edu
 20 cit. Aut æris cremati drachma una, rutæ ramusculi tres, stercoris columbini dra
 20 chma una, salis communis momentum, cum uino ephesio, & aqua : tota mistura
 20 heminæ dimidium est, exhibeto. Summè faciunt & theriacæ, & quæ urinæ ciendæ
 20 sunt : item potiones aquam educentes, quibus unusquisq; securè uti consueuit, uel
 20 catapotia. Oblinito autem hydropicos plurimū in sole capite cooperto, miscens 20
 20 salem oleo copiosum, superfunditoq; muria calida liberaliter, locos præsertim in
 20 flatos, uel icis bonæ magnitudinis inflatis diligenter pulsato quotidie cōtinuè, con
 20 stringentur enim, et deprimentur: diuisis etiam ipsorum talis, uel etiam scarificatis
 20 in lectica gestato, multus enim humor effluere ipsis solet.

Ad easdem dispositiones, medicamentum Biennij.

20 Croci, opij, opopanacis, myrrhæ, iridis, acori, mandragoræ, asari, costi, nardi in
 20 dica, dauci cretici, meu, singulorum drachmæ octo, piperis albi & longi, opij, gen
 20 tianæ, stœchados, calia, phu pontici, singulorum drachmæ octo : melle excipito.

De medicamentis anodynis & colicis.

30 Huiusmodi medicamētis magni doloris, aut uigiliarū gratia uti consueuimus:
 aut ne quis propter uiolentam tussē conuellatur, ut in sanguinis eruptione non
 nunquam, & difficilibus distillationibus accidit. In moderatioribus prædictis affe
 ctibus, abūde sunt facultates ex seminibus confectæ, quæ peculiari nomine, quod
 tussi pro sint, bechicæ nominantur. Habent sanè hæ quoq; nonnihil ex medicamen
 tis torporem inducentibus, sed exiguum inter multa semina, quæ & odorata sunt,
 & tenuium partium, urinæq; ciendæ: appellant ea subinde medici etiam citra no
 men seminis appositum, cum inum dicētes, daucum, seseli, apium, & anisum : itaq;
 eiuſmodi medicamentorum compositiones, inter medicinas tussi efficaces compre
 hensæ sunt. Anodyna autem & colica, quæ illis sunt congenera, uerum multo fa
 cultatibus uehementiora, hoc sermone persequar. Prima igitur ipsorum, ut appa
 ret, olim Philonis confectio celebris extitit, de qua ipse hos elegos conscripsit. 40
 Nobilis ille Philo Tharseus me repperit arte,

Per me consueuit multus abire dolor,

Seu patitur colo quis, seu iecur afficit ipsum,

Seu urina impediatur, seu lapis excruciet.

Iam splenem sano, & recto suspiria collo,

Et tibi medeor, si quoq; spasmus adest,

Si costas membrana regens ardore laborat,

Sicq; sputum, aut uomitus sanguinis exagitat.

Subtraho

Subtraho morte statim proprijs uirtutibus ægros,
Viscera sic omni cuncta dolore leuo.

Et quando fauces tussi quatiuntur atroci,

Atq; uias humor spiritus obsideat,

Aufero singultum: nec non si defluat humor

Ex capite in pectus confero præsidium.

Scripta quidem sapientibus, ijs ego grandia præsto:

Sed stolidis nunquam gratificata uiris.

Flauum immitte pilum fragrantem, cuius in herbis

10 Hermæis fanies splendida conspicitur,

Nempe croci pondus, mentes hominis: neq; enim hoc est

Obscurum, drachmam Nauplij Euboici.

Illius atq; rei quam armenti uentre reponunt

Drachmam, quæ Patrocli tertia causa necis,

10 Ignei & Argenni bis denas ponito drachmas,

Et totidem cyami bestiaæ ab Arcadia,

Radicis falso dictæ denarius esto,

Quam regio Pisse gignit alumna Iouis.

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000

Articulum, & drachmis associato decem.

Lucus gnatarum Tauri finitimus ipsis

Cecropidis, Trices ut referunt medici.

In hisce uersibus Philon croci drachmas quinque inijci iubet, pyrethri unam, euphorbij unam, spicæ nardi unam, piperis albi, & alterci, æqualem portionem, utriusq; drachmas uiginti, opij drachmas decem. Primi igitur duo uersus crocum indicant, flauum quidem colore, capillarem autem tenuitate. Saniem uero croci dicit inter hermæas, hoc est, Mercurij herbas splendescere: quoniam adulescens cogno-
10 mento Crocus, unà cum Mercurio disco ludens, deinde cum per negligentiam discus ei in caput incideret, factum est ut statim moreretur: sanguine autem in terrâ defuso, crocus inde prouenit. Splendescere porro dixit sanie, hoc est, occisi sanguinem, propter croci coloris splendorem. Scribitur autem uersus non solum in herbis, sed etiam campis hoc pacto:

Hermæis campis, splendida conspicitur.

Pondus croci quinque drachmas esse uult, cum mentes hominis dixit sensus numero quinque. At quod drachmas quinque esse uult, non obolos, non libras, nec aliud quippiam huiusmodi, ex sequentibus innotescit: cum primum sanie dixerit, misceto etiam drachmam Nauplij Euboici, deinde alijs quoq; adiecerit idem nomē drachmæ. Itaq; Nauplium Euboea, pyrethrum intelligit, eo quod Nauplius grandibus rogis combustis, ut aiunt, in Euboeæ plaude, multis Græcorum imposuit, ut

40 ad regionē bene palustrē nauigātes interirent, quod eum fecisse aiunt, propter Palamedis mortē: quinetiā euphorbiū ænigmatice similiter his, enarrauit isto uersu:

Quæ Patrocli tertia causa necis,

Quandoquidem Poëta Patroclum hæc dicentem fecit:

Fatum me occidit dirum, Latonæ filius, atq;

Ille hominum Euphorbus.

Armentorum autem, hoc est, ouium in uentre ait feruari euphorbium, quoniam hunc solum non erodit, ideoq; medicamentum in eo reponi potest. Caterū liquor est stirpis cuiusdam spinosæ in Marufiorum terra prouenientis, facultate calidissimus, ac de eo exiguus quidam libellus Iouē Marufiorum regi conscriptus est. De inde Philo ait, drachmas Argenni ignei uiginti immittito, album piper intelligēs,

quod stomacho accommodatius acriusque nigro est. Cæterum uigenas drachmas iniiciendas censet feminis hyoscyami, feræ Arcadica, quoniam Erymanthium caprum Hercules in Arcadium terra procreatum occidisse dicitur. Nardi drachmā unam iniici uult, quam falso nomine radicem dixit, quoniam spica nardi nuncupatur: uult autem ipsam esse Cretensem, ubi ait, quam locus protulit, qui Pissæ Iouem generauit: quoniam fabulatores Iouem inquit in Dictæo monte Cretensi altum esse, cum à matre Rheâ occultaretur, ne etiam ipse à patre Saturno deuoraretur. Apposuit autem Ioui Pissam, ut multi solent, etiam citra poëticam artem, in uita dicere, Per Aesculapium, qui est in Pergamo: Per Dianam, quæ est in Epheso: Per Iouem, qui est apud Delphos: Per ignem, qui est in Eleusine. Nonnulli uero non Creticam regionem, sed Indicam dictam esse pronunciant, unde elephas adfertur: hinc enim Iouis in Pissâ simulachrum partum esse, hoc est, generatum. His omnibus iniici iubet papaueris liquorem, qui à medicis opium proprie nominari solet, cum nullus aliorum liquorum, et si multi sint, neutro genere profertur. Cum igitur nomen ex o litera & pion compositum sit, ideo dixit:

πιοιον ubi scribis, primum ipsi imposito maris

Articulum, & drachmis associato decem.

quod est, iniucito etiam opij drachmas decem. Restat quo omnia hæc laeuigata excipiuntur, mel obscure ab ipso nuncupatū lucus Tauri filiarum: quoniam Tauris putrescentibus, apes generari dicuntur, atticum ipsum esse cupiens, genere finitimum dixit Cecropidis, hoc est, Atheniensibus. Postremo uersu indicat Asclepias quoque sic nominari: ex Tricca enim genus ipsorum est, ut testatur poëta. Hoc ferè primum anodynorum antidotorū celebre extitit: huic autem quidam addiderunt, alij ademerunt, nonnulli mensuris euariantes, principalium antidotorum anodynon numerum fecerunt, quæ etiam colica appellant, nomen ab affectu maximos dolores experiunt defumens. Ego autem primum generales compositionis ipsorum modos expediam, deinde, ut consueui, particularium materiam enumerabo. Itaque opium, omnium quæ sensum stupefaciunt somnumque torpidum inducunt, ualentissimum est: efficit autem hæc etiam sola sapa immersum: deinde exceptum panni flocco sedique impositum: item si fronti, & naribus oblinatur. At si cum alio quodam uim ipsius mitigante fuerit commixtum, hæc efficiet moderatius. Cæterum quæ miscentur, ex eorum genere esse conuenit, quæ aut concoquere, aut lenire dispositionem dolorificam possunt, aut humores eos excitantes per halitum discutere, aut incidere & extenuare, aut per totam substantiam immutare. Non tamen ignorare uos arbitror, optimum esse compositionis scopum, cum ad tria quis respicit, nempe ut sensum obtundat, nihil postea ex hoc offensæ in particula permaneat, postremo quod maximum est, ut dispositioni auxilietur. Huc itaque respiciens, uidetur mihi Philon propositum in disputatione medicamentum composuisse, ex alterci quidem, & opij mistura, somnum torpidum, & facultatis sensoriæ stuporem moliri cupiens. Vt autem citius distribuatur permeentque totam penitiorum affectarum partium substantiam, calefacientia adiecit, pyrethrum, euphorbium, & piper, quæ noxios humores per halitum digerere, uiscosos abstergere, crassos incidere, & flatulētos spiritus attenuare uacuareque possunt. Cæterum non exigua uis omnium frigidarum dispositionum concoctoria in nardo existit: non tamen Cretensem nardum iniicere oportet, neque profus quæ apud nos generatur, quam montanam, & nardinam herbam potius, quam nardum appellant. Est itaque nardus gallica bonum remedium, quemadmodum & indica, uerum illa multo inferior, sicut & hac montana est. Porro sicut ex aromaticis dictis medicamentis nardum solam Philon iniicit: sic qui illius ætate extiterunt, alius aliud adiecere, nonnulli plura: uerum quæ adijciuntur hæc sunt:

Iunci

Iunci odorati flos, casia, cinamomum, amomum, & costus. Quemadmodum rursus crocum indidit, crudos humores dispositionesq; concoquentem: ita alij myrrham, & castoreum miscuerunt: plurimi uero ipsorum recte se gerentes, hæc quoq; consueta semina, de quibus etiã antea in medicamētis diaspermatō tractatū est, ut medicamēti amari infirmitas obtunderet, idq; totū facilius distribueret, & urinam moueret. Quod si humorum crassitiem attenuare oporteat, hoc quoq; efficientia. Dico aut apij semen, cumini, anisi, dauci, petroselini, aliaq; id genus. Apponam igitur iam etiam particularium materierū, quæ à maioribus probatæ sunt, congeriē.

Quas Andromachus conscripserit colicas.

10 Primam quidem ipsarum ad uerbum hoc pacto tradidit. Colice Cassij. Anisi drachmæ sex, apij seminis drachmæ duodecim, nardi drachmæ quatuor (nonnulli sex) castorei drachmæ tres, petroselini drachmæ quatuor (alij tres) piperis albi drach. quinque, & longi tantundem, scyuri drachmæ sex, iunci odorati drachmæ tres, liquoris papaueris drachmæ sex, croci drachmæ tres: excipito melle cocto: nonnulli & cinamomi drachmam unam, aut casie drachmas duas ponunt: ad summū datur instar paruae nucis regia ex aquæ calidæ cyathis tribus, minimū exiguae ponticæ.

Colice altera ex ijs quæ Andromachus prodidit hæc est. Alia Cassij, ut Crispus:

facit etiam bene si extrinsecus imponatur.

20 Anisi drachmæ duodecim, seminis apij drachmæ uigintiquatuor, nardi indicæ tantundem, castorei drachmæ sex, seminis petroselini drachmæ sedecim, myrrhæ drachmæ duodecim, piperis albi totidem, & longi drachmæ decem, * iunci odorati drachmæ sex, opij, croci, casia, singulorum drachmæ duodecim, costi, acori, singulorum drachmæ sex: melle cocto excipiuntur, danturq; nucis auellane instar, cum ternis aquæ cyathis. Hæ igitur duæ sunt compositiones medicamentorum, quibus de paulo ante diximus. Quæ subsequitur, qua usum se esse affirmat, ipsa nonnulla continet alia præter commemorata, congenera sanè & opij & alterci semini, nempe mandragoræ pomorum succum, uel ipsius radicis, & cicuta succum: ita uero & phu ponticum, quod nonnihil sanè obtinet nardo perlimile, nonnihil petroselino, & seminibus quæ urinæ mouendæ sunt. At syluestris brassicæ semen ex eorum numero habetur, quæ maxime attenuant, siccare & digerere possunt efficaciter. Ex ijs quæ urinam citant, est & meu & asarum. Illyris, quam ne appella lauit quidem iridem illyricam, concoquens medicamentum est, & attenuans. Stœchas, putredinem arcet & extenuat. Ipsum uero medicamentum ita Andromachus scripsit.

*Vetus legit, aluminis scisa si, q; isis pro xiv.

Colice Tullij, quator.

40 Mandragoræ pomorum succi drachmæ octo, uel radicis succi drachmæ decem, phu pontici drachmæ octo, brassicæ syluestris seminis tantundem, cicuta succi drachmæ sedecim, costi, piperis albi, aut longi, myrrhæ, singulorum drachmæ octo, opopanacis drachmæ sex, stœchados, dauci seminis, meu, asari, singulorum drach. duodecim, cinamomi, iridis illyricæ, acori, singulorum drachmæ octo. Post commemorata superius, habetur colice Abascanti, quam meæ concordem deprehendi. Anisi drachmæ decem, seseleos seminis drachmæ uiginti, petroselini, nardi indicæ, piperis albi & longi, singulorum drachmæ tres oboli quatuor, opij drachmæ decem, myrrhæ tantundem, cumini æthiopici, castorei, iunci odorati, croci, singulorum drachmæ quinque; melle cocto preparantur.

Colice mirabilis quator ad iliosos, & eos quibus steruus per uomitum reijcitur in maximis doloribus, si detur fabæ instar, ex ternis aut quaternis aquæ frigida cyathis.

Piperis albi, alterci seminis, singulorum drachmæ quadraginta, opij drachmæ sex, croci drachmæ decem, spicæ nardi, euphorbij, pyrethri, singulorum drachmæ duæ: melle cocto excipiuntur.

Alia efficax ad omnem inflationem.

- » Sinonis, alterci feminis, piperis albi, singulorum drachmæ quadraginta, lachry
» mæ papaueris drachmæ uiginti, croci drach. sex, opobalsami drachmæ tres; mel-
» le cocto excipiuntur.

Colice Terentij Valentis.

- » Sinonis, piperis albi, alterci feminis, singulorum drachmæ quadraginta, lachry
» mæ papaueris drachmæ uiginti, croci drachmæ octo (alij drachmæ sex) mandra-
» goræ corticis radicis drachmæ tres, mellis quod fatis est: nonnulli opobalsami dra-
» chmas tres adiiciunt.

Colice Apollonij.

- » Nardi drachmæ duæ, castorei, foeniculi, mandragoræ succi, costi, singula dra-
» chmæ, asari, spicæ nardi, singulorum drachmæ tres, opopanacis drachma una, dau-
» ci cretici drachmæ tres, cinamomi drach. quinq; piperis albi & longi, iridis, myr-
» rhæ, singulorum drachmæ duæ, lemnij sigilli drachmæ decem, absinthij drachmæ
» duæ, mellis quod fatis est: dato drachmam unam ex aqua.

*Colice Nicostrati, Isotheos appellata, estimata duobus talentis: efficax ad stomachicos, lippien-
tes, magno dolore infestatos, uteri cruciatus, ex mulsâ in qua ruta sit decocta.*

- » Croci sesquidrachma, nardi drachmæ duæ, myrrhæ drachmæ octo, costi, pipe-
» ris albi & longi, galbani, singulorū drachmæ una, opobalsami drachmæ quatuor,
» cinamomi, mandragoræ succi, castorei, singulorum drachmæ duæ, dauci feminis
» drachmæ quatuor semis, sagapeni drachmæ tres, casia drachmæ quatuor: melle
» attico excipiuntur.

Colice ut Scribonius.

- » Cornus ceruini teneri cremati cineris hemina, piperis albi, myrrhæ, singulorum
» drachmæ duæ: laeuigata dato cochleario uno, adiecta cochlea cruda in puluerem
» redacta, cum duobus uini cyathis, & aqua calida.

Colice qua frequenter est usus, perfecte liberans & reficiens.

- » Gingiberis drachmæ tres, salicis tantundem, rutæ furculi tres aut quatuor, glan-
» dium palmæ drachmæ tres, aquæ cyathi tres: coniecta in ollam recentem coquito
» ad tertias: dato potui post accessionem, per tres dies, & interposito spatio idem fa-
» cito, ad dies plures medicamentum propinans.

Colice Tullij bona, qua & ipse uitor.

- » Brassicæ syluestris feminis, pheu pontici, singulorum uncia sex, piperis albi &
» longi, dauci feminis, singulorum drachmæ nouem, castorei, costi, opij mandrago-
» ræ corticis, nardi indicæ, asari, iridis illyricæ, singulorum drachmæ sex, stæchados
» drachmæ nouem, cinamomi drachma una, casia daphnitidis drachmæ octodecim:
» melle cocto excipiuntur: dato fabæ ægyptiæ magnitudinem.

Colice quam admirabatur Aristo, Diophanti Lucij.

- » Centauræ succi, castorei, scillæ tostæ, piperis albi & longi, myrrhæ, rutæ dome-
» sticæ, hyssopi, abrotani, iridis illyricæ, singulorum drachmæ duæ, croci, guttæ am-
» moniacæ, acori radicis, pheu pōtici, gingiberis, ueratri nigri, singulæ drachmæ: oxy-
» melite excipiuntur: dato drachmam ex oxymelite.

Colice, ut Publius in Potiolio & Apollonio.

- » Polij drachmæ sex, scordij drachmæ duodecim, gentianæ drachmæ quinq; rutæ
» syluestris feminis drachmæ quatuor, liquoris cyrenæici drachmæ tres, minij lemnij
» drachmæ quinq; myrrhæ drachmæ septem, opobalsami drach. octo, piperis albi
» drachmæ duæ semis, cachryos drachmæ quatuor, uerbenacæ herbæ drachmæ duæ,
» pentaphylli drachmæ quinq; melle attico excepta, dantur nucis instar.

Quæ Asclepiades ad colicos affectus tradiderit.

- » Catapaston ad coli inflationes Antonij pharmacopola, hoc utens inclaruit.
Chrysobolani

Chryfobalani, feleleos, aſtragali, ſingulorū uncia dua, iridis illyricæ, tragacanthæ, »
 ſingulorum uncia una: hæc ſimul contuſa incretaq; dantur cochlearij unius men- »
 ſura, uel minus uel amplius, ex aquæ calidæ cyathis quaternis ante cibum. Gallina »
 rum interiora omnia exempta coniectaq; in uas fictile torreto, lauia reponito: in »
 uſu cochlearium unum & dimidium dato, dauci cretici contuſi incretaq; tantun- »
 dem, ex mulſæ calidæ cyathis tribus. »

Ad coli inflationes, Chariclis.

Cumini æthiopici drachmæ ſex, apij ſeminis drachmæ quinq; dauci cretici ſe- »
 minis drachmæ dua, piperis albi drachma una: tunſa cribrataq; reponito: dantur »
 cochlearia duo, cum ternis mulſæ cyathis. Rutæ ſylueſtris ſiccæ ſeminis, ſefelis gal- »
 lici, ſingulorum drachmæ octo, petroſelini drachmæ quatuor, ſinonis ſyriaci tan- »
 tundem, piperis albi drachmæ dua: cōtuſa & increta, dato in modum prædictum. »

Quod lingi poteſt neſtarion. Bene facit colicis, pleuriticis, difficulter ſpiran-

tibus: mulieribus educit menſes, præterea uinum

concoquendi obtinet.

Cumini hispani uncia una, piperis albi, gingiberis, ſingulorum par modus, uini »
 dulcis, aut ſcybelitis, aut protropi ſextarij tres, uini falerni ſextarius unus, mellis at- »
 tici libra: arida contunduntur, incernunturq; craſſiori cribro: deinde ex uino co- »
 quuntur ad tertias; hinc paſſum adiicitur, & ruruſum incoquuntur: agitare ipſa oportet »
 ſurculis rutæ, quibus adiuncta ſit ſalicis uirgula, quicq; inuoluti ſint ſalicis corti- »
 ce: habere conuenit etiam alteram uirgulam, & rutæ ramuſculos recentiores, ut pri- »
 mis ſiccatis, recentioribus medicamentum agites. Vbi uero liquor ſemel bis ue ef- »
 ferbuerit, mel adiucito, ruruſuſq; incoquito, deinde ſacco tranſmiſſum liquorem re- »
 ponito: cum uſus poſtulat, myſtra tria dato ante cibum, & poſt. Fœniculi ſucci ſe- »
 xtarij quatuor, croci drachmæ quatuor: crocum in purum linteolum illigato, ſuc- »
 cum & mel mixta coquito uaſe fictili, mouetoq; croci ligamento: ubi coierint ut »
 arteriæ habeant ſpiſſitudinem, crocum expreſſum projicito, medicamentū uero »
 reponito: cum uſus exigat, dato myſtrum unum, aut duo ante cibum. »

Aliud Scribonij Lari, quod ex ſalice conſtat, toto affectu liberat.

Salicis corticis drachmæ quatuor, gingiberis ſicci drachmæ tres, palmarum nu- »
 cum numero ſex, aque ſeſquixtarius: coquito omnia rutæ ſurculis agitans, ac ubi »
 ad tertias peruenerint, liquorem exprimito, datoq; cyathos binos quotidie. Hoc »
 faciendū eſt ad dies tres, ac ruruſus per triginta dies idem facito, ut ſint in anno po- »
 tiones trigintaſex; medicamentum ad annum bibitur. »

In alijs ſcripturis ita habet.

Salicis uiridis corticis drachmæ quinq; gingiberis ſicci drachmæ quatuor, pipe- »
 ris albi tantundem, palmarū paterarum grandium numero dua, aut tres, rutæ uiri- »
 dis ramuſculi quinque, aquæ pluuialis ſextarij tres: coquito ad tertias, ac dato in »
 modum prædictum. »

Pacci Antiochi, toto affectu liberat.

Cornus ceruini dum tenerum eſt molliſſimi cremati ut albefcat cochlearia tria »
 cumulata, fatis ampla, piperis albi grana decem aut nouem, myrrhæ exiguum, »
 quod odorem tantummodo præſtet: hæc omnia teruntur, cochlea libyca uario »
 colore cum ſua teſta contunditur, lauigaturq; donec nullum ueſtigium appareat »
 teſſularum, poſtea uini falerni non ſaccati cyathi tres adiiciuntur. Omnia cōmixta »
 uaſe fictili ſuper carbones calefacimus, mouentes diligenter ne quid ſubſidat ex »
 medicamento. Cum autem incaluerint, dato potui in ipſis acceſſionibus, idq; fa- »
 cere oportet per inſequens biduum: ac conuenit pridie à cibo abſtinuiſſe, ſequen- »
 tibus diebus ſolo prandio uſos, cibum capere qui facile conficiatur diſtribuaturq;. »

27 Sigonis colice : hac usus est Vales. Bene facit in summis doloribus, exhibita nucis auellanæ instar ex aqua calidæ ternis cyathis, & statim cruciatus immittit, præsertim si pruritus per totum corpus obuenerit. Valet etiam diuturnis lienosis, iliosisq; affectibus, hepaticis. Consert ad febres circuitu remeantes, uteri strangulatus, & uesicæ affectus: est etiam bona arteriace.

28 Sinonis syriaci aut hispani drachmæ sexaginta, piperis albi drachmæ quadraginta, alterci albi seminis drachmæ quadraginta, opij, mandragoræ corticis, singulorum drachmæ decem, croci drachmæ sex, mellis cocti quantū reliquis excipiendis sufficit. Quo pondere dari conueniat ostensum est.

In alijs scripturis ita habet.

29 Sinonis hispani drachmæ sexaginta, piperis albi, alterci seminis, singulorū drachmæ quadraginta, cornu ceruini combusti, opij, singulorum drachmæ uiginti, mandragoræ corticis drachmæ decem, croci drachmæ sex, mellis quod satis est.

Lingonis colice ex frigida data, statim dolores soluit.

30 Alterci albi seminis drachmæ uiginti, opij, dauci cretici seminis, singulorū drachmæ decem, petroselini drachmæ sex, croci, spicæ nardi, pyrethri, singulorum drachmæ quatuor, euphorbij, opobalsami, cinamomi, singulorum drachmæ duæ: excipito melle cocto, ac dato fabæ ægyptiæ magnitudine, cum aqua tepidæ, aut frigidæ cyathis tribus, in accessionibus.

Anodynus colice, qua usus est Cassius: facit & ad interiorum affectus: medicamentum admodum bonum.

31 Anisi, nardi syriacæ, myrrhæ, singulorum drachmæ octo, piperis albi, & longi, singulorū drachmæ duodecim, fesei seminis drachmæ sex, opij drachmæ sex, croci, castorei, petroselini, iunci odori floris, singulorum drachmæ quatuor, mellis attici decocti quod satis est: datur nucis auellanæ instar.

Lucij anodynus colice, confestim dolores soluit: inscribitur Sicelice.

32 Myrrhæ, alterci succi, opij, singulorum drachmæ octo, mandragoræ radice, piperis albi, croci, thuris, singulorum drachmæ decem: excipiuntur melle, danturq; fabæ ægyptiæ magnitudine ex tribus aqua calidæ cyathis in noctem.

Eufchemi Spadontis inscripta, anodynus colice: bibitur ad dies triginta.

33 Brassicæ syluestris seminis, pheu, cinamomi, ireos illyricæ, acori, asari, opopana, cis myrrhæ, nardi indicæ, opij, costi, mandragoræ succi, castorei, singulorum drachmæ sex, triplicis piperis, dauci cretici seminis confusi drachmæ duodecim: excipiuntur melle cocto, daturq; fabæ ægyptiæ pōdus, febricitantibus ex quatuor mulsi temperati cyathis, febricitantibus ex mulsis. Hac etiam enematis loco usus est, medicamenti capiens quod nucem auellanā impleat, & fœnugraci decocti cyathos quatuor, olei in quo ruta decocta sit tantundem.

Ad eosdem affectus Brenii medicamentum.

34 Croci, opij, opopanax, myrrhæ, iridis, acori, mandragoræ, asari, costi, nardi indicæ, dauci cretici, meu, singulorū drachmæ sex, piperis albi & longi, liquoris gentianæ, stœchados, calia, pheu pontici, singulorum drachmæ octo: melle excipiunt.

De dysentericis.

De dysentericis quæ scire conuenit uniuersim, cōprehensa iam à me sunt, nimium in medicatorie methodi cōmentarijs: necnō in hoc opere, ubi de hepaticis agimus, explicata sunt. Reliquū igitur est, ut de ijs qui uerè dysenterici sunt uerba faciamus, in quibus neq; iecur affectū est, neq; alia quædā dispositio, præter intestinum exulcerationem uel simplicē, uel cum putredine quadā obortā, quam medici consueto uocabulo, à depascendo, Nomen appellant. Quæ igitur ad eiusmodi affectus sunt utilia, abunde iam usu comprobata, hæc ab initio subscribam.

Quæ Andromachus ad dysenteriam prodiderit.

35 Potio ad dysentericos & sanguinem spuētes, Rosarum floris, opij, acaciæ, gummi

gummi, singulorum drachmę tres, balaustij tantūdem, hypocistidos succi tantūdem, gallarum drachmę duę, plantaginis seminis totidem, & succi tantūdem, lycij ^{indici} drachma una, rosarum succi tantūdem: pastillos qui drachmam singuli pendeant, fingito, utitor uario modo.

Ad dysentericos, & coeliacos, medicamentum ex fructibus, dia oporon appellatur.

Mala punica integra uiginti, mala cotonea tantūdem, eruorū sextarius unus, prunorum syluestrium sextarij duo, sorborum ephetinorum sextarij duo, rhus syriaci sextarij tres, pira terentiana uiginti, mala (in alio cotonea) cestiana triginta, siliquę quadraginta, myrtorum nigrorum sextarij tres, musti aminę decocti ad tertias sextarij quadraginta octo: coquito simul ad mellis usque spissitudinem; reponito uase fictili.

*Alia dia oporon ad eadem: stomachum subuersum reficit, & * extrinsecus imponitur.*

* *Vetus addit, intra assumitur.*

Mala punica decem, mala cotonea uiginti, mala hermiplaca quindecim, sorborum sextarij duo, mespilorum, glandium, rhus syriaci, singulorū sextarius unus, rubi fasciculus qui manum impleat, myrtorum nigrorum sextarius unus, palma patetę triginta, acinorū liccorum sextarij dimidium, prunorū syluestrium sextarius, siliquę magnę decę, cęnanthę uncię sex, cornorū sextarius unus, mala citria quinq; passii cretici sextarij xvi, cocta simul uase uitreo reponito, utitor ut priori.

Ad dysentericos quo utor.

Gallę, ericę seminis, opij, singulorum drachmę quatuor; ex aqua pastillos fingito, qui obolos binos pendeant; dato ex aqua aut uino.

Ad dysentericos Clidion.

Nardi, croci, singulorū drachmę octo, aloes drachmę quatuor (ego drachmas duas pono) thuris drachmę duę, acacię drachmę quatuor, myrrhę drachmę quatuor, hypocistidis succi drach. quatuor (alij drachmę sex) rosarum siccarum, lycij ^{indici}, tragacanthi, singulorum drachmę quatuor, opij drachmę quatuor (alij drachma una oboli duo) piperis drachmę duę; alij etiam iridis drachmas duas adijciunt, quidam & cinamomi drachmas duas & semis ponunt, gallę drachmas duas; formato pastillos ex aqua, qui obolos duos pendeant; dato cum myrtite.

Ad dysentericos & coeliacos, pastillus Beritij.

Nardi, croci, singulorum drachmę duę, myrrhę, hypocistidos succi, aloes, opij, tragacanthę, licij ^{indici}, gallę, anisi, acacię, piperis, rhu pontici, singulę drachmę; tragacanthum uino macerato, reliqua leuia admisceto, fingitoq; pastillos, singulos drachmę unius pondere, ac dato ex uino.

Ad dysentericos Clidion.

Acacię drachmę uiginti quinq; alterci seminis drach. quinquaginta sex, myrtorum contusorum drachmę centum sexaginta, rhu syriaci drachmę septuaginta, & succi drachmę duę semis, thuris drachmę octoginta quinq;: omnia torrida laeuigato, excipitoq; uino nigro; ad summum drachma ex his datur.

Ad dysentericos & coeliacos.

Vini falerni sextarij sex, mellis attici librę sex: simul incocta usq; dum abunde coierint utitor; dato plenum cochlearium linctu.

Ad dysentericos, & omnia interiora, pastillus Eudemi senioris.

Croci, casię fistulę, singulorum drachmę duę: myrrhę, aluminis, liquoris paueris, singulorum drachmę duę: ex aqua formato pastillos: dato dysentericis ex duobus uini cyathis, febricitantibus ex aqua, hepaticis & peripneumoniciis ex mulsa, pleuriticis & tussitentibus similiter.

Aliud ad dysentericos.

Foeniculi seminis, anisi, apij seminis, malicorij, singulorum drachmę quatuor, opij drach. duę; fingito ex aqua pastillos qui obolos duos pendeant, ac dato unū.

Ad dysentericos & cæliacos, ex commentarijs Antipatri.

» Piperis nigri drachmæ quatuor, gallæ tantundem, myrrhæ drachmæ duæ, cro-
 » ci tantundem, nardi drachma una, lycij drachma una, hypocistidis succi, acaciæ ra-
 » menti, loti, gummi, singulorum drachmæ duæ, opij, aloes, anisi, singulæ drachmæ,
 » rhus obsoniorum drachmæ duæ: rubi succo exceptis utitor.

Ad dysentericos, cæliacos, sanguinem spuantes, Cornelij medici.

» Myrrhæ, thuris, aloes, croci, opij, rhus syriaci, & coriarij, lycij indici, acaciæ, ma-
 » licorij, hypocistidos succi, gallæ, balauftij, liugulorum par modus: formato pastil-
 » los triobolares; dato in nocte, ijs qui febre carèt ex uino, febricitantibus ex frigida.

Aliud ad dysentericos Valenis.

» Myricæ fructus, rhus syriaci, opij, petroselini, singulorum par portio: singula
 » torrida, & in læuorē detrita, ex aqua in pastillos fabales redigito: dato in noctem,
 » febricitantibus ex aqua calida, ijs qui febre carent ex frigida.

Ad dysentericos ex commentarijs Lucij.

» Styracis drachmæ duæ, opij, croci, acaciæ, gallæ, tamaricis fructus, siugulæ dra-
 » chmæ: fingito pastillos ex aqua, datoq; fabæ ægyptiæ instar ex uino.

Ad dysentericos, sanguinem spuantes, medicamentum, quo semel poto, fluxio continetur.

» Cochlearum combustarum drachmæ duodecim, cornu ceruini combusti dra-
 » chmæ uiginti oboli duo, myrtorum nigrorum drachmæ quindecim, opij torrefa-
 » cti drachmæ quinque oboli duo, gallæ torrefactæ drachmæ quinque oboli duo, cenan-
 » thæ drachmæ sex, hypocystidos succi drachmæ quinque oboli duo, mandragora ra-
 » dicis drachmæ duodecim, rhus succi, terræ ateros, singulorū drachmæ duodecim,
 » rhus obsoniorum drachmæ quatuor, malicorij torrefacti drachmæ septem, thuris
 » drachmæ octo, pityos corticis torrefacti drachmæ sex, apij seminis drachmæ qua-
 » tuordecim, alterci torrefacti drachmæ decem, rhus coriarij sextarij duo, acaciæ tor-
 » refactæ drachmæ quinque oboli duo, uini nigri ad rhu incoquendum, ut succi tras-
 » sissimi spissitudine accipiat: coquito igitur cum uino, & sic percolata excipito con-
 » formans succo, facitoq; pastillos drachmæ unius magnitudine, aut triobolares, aut
 » obolos duos pendentes: dato prout uires sunt, febricitantibus quidem ex aqua ca-
 » lidæ cyathis tribus, qui febre carent ex uini cyathis duobus. In alijs scripturis habet
 » tur cornu ceruini drach. semis oboli duo, gallæ drach. septem, & acaciæ tantundē.

Ad dysentericos Phlabilij Pythi.

» Myrtorum siccorum combustorum sextarius, rosarum siccarum combustarū
 » sextarij dimidium, sedimenti malabathri drachmæ duæ, baccarū iuniperi drach.
 » triginta, pyrorum siccorum combustorum sextarius unus, piceæ corticis drachmæ
 » duodecim, myrrhæ drachma una, gallæ quinque, cornuum combustorum sexta-
 » rius unus: ad summū siccum dato drachmas octo ex uino diluto: integra palmu-
 » lis purgatis excipiens dato.

Ad cæliacos ut statim fluxio cesset.

» Tamaricis fructus drachmæ quatuor, rhus obsoniorū drachmæ quatuor, myr-
 » torum nigrorum drachmæ quatuor, acaciæ drachmæ duæ, meconij drachma una:
 » malorum succo excipiuntur, fiuntq; pastilli singuli drachmæ unius. His utitor cum
 » tosti oui luteo: ubi potui dederis, incoquito rubi radicem, aut myrti, aut malorum
 » coroneorum decoctum: ex his frigidis cyathos ternos propinato cum medicami-
 » ne. Bene facit lientericis.

Potio ad internos defluxus: extrinsecus si applicetur cum melle cocto, bene facit.

» Anisi drachmæ duæ, hypocystidos succi drachma una semis, rosarum seminis
 » tantundem, liquoris papaueris drachma una, myrrhæ drachma una, crocomagma
 » tis drachma una: ex aqua dantur oboli tres, duo, & unus.

Potio ad omnem fluorem & inflationem, Lucij Tarsei.

» Anisi, apij seminis, singulorum drachmæ duæ, anethi seminis, dauci seminis, tor-
 » dyl

dyli, singulorum drachmæ quatuor, opij, alterci feminis, singulorum sesquidra-
chma: aqua excipito, atque sic utitor.

Potio ad fluxum muliebrem, reprimens, autore Apollonio.

Coralli oboli tres, thuris oboli duo, acaciæ oboli tres, balaustij tantūdem, gum-
mi obolus unus: crudi oui luteo fingantur; dato totius dimidium potui, cum aque
cyathis quaternis.

Enema, hoc est, quod per anum iniicitur dysentericis, Isidori, ad ulcera in longanone oborta.

Chartæ cineris drachmæ decem, aluminis scissi drachmæ quatuor, arsenici tan-
tundem, sandarachæ drachmæ tres, squamæ æris, omphacij, singulorum drachmæ
tres, croci, liquoris papaueris, utriusq; drachmæ duæ, calcis uiuæ drachmæ quinque:
lauia misceto, excipitoq; uino dulci: fiant pastilli, qui singuli pendeant drachmas
tres, & duas, & unam. In usu diluuntur uino austero ad sordium spissitudinem,
huic miscetur cremor ptisanæ cyathis duobus. Hoc agrotanti per inferiora iniici-
to, reliquum pro uiribus cremoris ptisanæ & medicamenti.

Enema Faustianum.

Arsenici drachmæ duodecim, chartæ combustæ drachmæ triginta, sandarachæ
drachmæ sex, calcis uiuæ drachmæ decem (alij drachmæ duodecim) formato pa-
stillos, singulos drachmarum quatuor. Plantaginis succo diluito * incoctis spissa-
mentis, aut dilutæ uini potionis cyathis tribus, aut sex.

Enema quo utor Athenæi: conuenit cum Harpocra, Magno Philadelpho, & Aristolao.

Vuæ immaturæ drachmæ sex, aluminis scissi drachmæ sex, calcis uiuæ, squamæ,
singulorū drachmæ sex, arsenici drachmæ octo, sandarachæ drachmæ tres, chartæ
cōbustæ drach. quindecim: excipito myrteo drach. quatuor aut tres: indito ex uini
temperati cyathis quatuor, aquæ tepidæ cyathis duobus, interim aqua pluuiali.

Enema quo utor.

Chartæ combustæ drachmæ triginta, arsenici drachmæ duodecim, gallæ dra-
chmæ nouem, calcis uiuæ, bituminis, sulphuris uiui, sandarachæ, singulorum dra-
chmæ sedecim.

Enema aliud Idio autore.

Aeris uisti drachmæ uigintiquatuor, calcis uiuæ, aluminis scissi, singulorum
par modus, chartæ combustæ drachmæ triginta, arsenici drachmæ duodecim, san-
darachæ tantundem: excipito myrteo, aut iure rosarum cum uino austero ad di-
midias decoctarum: rosas exprimito, atque sic pariter lauigata formato, atque
idem aqua iniucito.

Enema Eubuli.

Squamæ æris drachmæ uiginti, chartæ combustæ drachmæ sedecim, calcis ui-
uæ drachmæ sex, arsenici drachmæ octo, sandarachæ drachmæ quindecim, om-
phacij drachmæ tres, fecis combustæ drachma una: uino myrteo excipito, & ui-
no temperato calido indito.

Enema Heræ.

Chartæ combustæ uncia una, calcis uiuæ semuncia, cadmiæ uncia, arsenici tan-
tundem: cochlearia duo huius sicci iniucito, decocti myrtorū, aut uini myrtitis cya-
thos quatuor: calcem succo plantaginis restinguito.

Enema eiusdem.

Sandarachæ, arsenici, singulorum drachmæ octo, acaciæ drachmæ quatuor, cal-
cis uiuæ tantundem: uino austero excipito drachmas tres, in imbecillis minus, ui-
no temperato indito. *Aliud.* Sandarachæ drachmæ octo, calcis uiuæ recentis
drachmæ decem, chartæ combustæ drachmæ octo (alij drachmæ triginta ponunt)
malicorij, gallarum, acaciæ, singulorum drachmæ quinque, mēedarum conditarū
aceto ad dies uiginti & unum, & combustarum drachmæ tres, arsenici drachmæ

Vetus legit,
tritris in eo
corticib. gra-
natorum, ut
supra re-
putei trita
esse ex illis
corticibus.

x

» sedecim: comburitur in olla cruda. alij arido utitur, alij pastillos ex myrti decoctio
» fingunt; at si malum remoretur, indito polygoni succo, aut muria.

Enema quo utor, quod respondet aphthæ.

» Rhus syriaci, gallarum contusarum, singulorum drachmæ quindecim, chartæ
» combustæ tantundem, suberis usti drachmæ quinquagintaquinque, panis alexan-
» drini sicci combusti drachmæ quindecim, arsenici drachmæ uiginti, sandarachæ
» drachmæ decem, acaciæ drachmæ quinque, cerussæ drachmæ uiginti, calcis uiuæ dra-
» chmæ decem, argenti spumæ drachmæ tres; uino ueteri excipito, fingens pastillos
» alios drachmarum duarum, alios trium, alios quatuor; infundito per initia succo
» plantaginis, aut polygoni, aut parietariæ. Quod si aliquod horum desit, ex aqua:
» si in morbus uigeat, & inualescat, quando dolor multus urget, indito cum sœnugræ
» ci decocto, aut lini feminis: si declinauerit, cum iure myrti et rubi ex uino coctorum;
» in pueris mensura cyathorum duorum, in mulieribus trium, in uiris quatuor,

Enema quo utor, ad Gemellum refertur.

» Arsenici drachmæ octo, sandarachæ drachmæ quatuor, calcis uiuæ drachmæ
» octo, squamæ æris drachmæ sex, aluminis scissi æqualis portio, omphacij drachmæ
» octo, lycij indicij tantundem, liquoris papaueris drachmæ quatuor, hypocistidos
» succi tantundem, croci drachmæ duæ (ego autem drachmas quatuor) chartæ com-
» bustæ drachmæ octo: uino temperato iniicito.

Enema Agathij.

» Arsenici drachmæ duæ, sandarachæ drachmæ quinque, calcis uiuæ drachmæ tres,
» chartæ combustæ drachmæ quatuor; indito medicamento drachmas tres, cum sa-
» lis læuigati totidem, ex aquæ frigidæ cyathis senis.

Enema ad dysentericos Nicostrati, quo Menander usus est.

» Calcis uiuæ drachma una, gypsi drachmæ octo, acaciæ drachmæ duæ, uuæ im-
» mature drachma una, stimmios drachmæ tres, thuris drachma una, gallæ drach.
» quatuor, tragacanthi drachmæ duæ: uino myrteo excipito pastillos formans; repo-
» nito oliuis expressis siccis, ne perspirent.

Enema ad dysentericos, Thamyri.

» Arsenici drachmæ duæ, aluminis scissi tantundem, cadmiæ tantundem, calcis ui-
» uæ recentis drachma una, chartæ combustæ drachmæ duæ, suberis ex cado uini fa-
» lerni combusti drachmæ septem semis; excipito pastillos sapa, aut passô, aut hi-
» spano rursus incocto apud te; conterens pastillum indito cochlearia duo, reliquis
» secundum uires cum lentis decocto. Quod si lentem non habeas, rubum cum ro-
» sis siccis decoquito, ac seorsim myrta ex uino austero coquito; misceto uniuscuius-
» que cyathum unum, interim cum uini cyathis quaternis, & decoctionis rubi cya-
» this duobus. Confert etiam potum, prout uires exigunt, cum frigida, cochlearij mi-
» noris aut amplioris mensura.

Enema Deletij Epagathi.

» Arsenici drachmæ duodecim, hypocistidos succi drachmæ tres, sandarachæ tan-
» tundem, chartæ combustæ drachmæ triginta, calcis uiuæ drachmæ uigintiquatuor,
» balauftij drachmæ quadraginta octo. Balauftium coquito uino ueteri austero: de-
» inde decocto reliqua terito, formatoque pastillos, qui singuli drach. quatuor pende-
» ant; nonnulli unciam dicunt ex myrti & lentis decocto.

Quæ Asclepiades tradiderit ad dysentericos, quorum nonnulla etiam coeliacis congruunt.

» Vini myrtitis drachmæ tres, rhus rubri hemina una, mellis atticj decocti libra
» una: rhu & uinum incoquito, rubi agitans ramulis: ubi ad tertias peruenerint, hu-
» morem exprimito, atque huic melle adiecto rursus incoquito, usque dum coierint
» in crassitiem, ac dato mystrum ante cibum. *Aliud.* Rhus syriaci, polentæ subtilio-
» ris, uuæ passæ cum acinis, singulorum drach. duæ, mali punici calycum contusorum
» in creto-

incretorumq; drachma una : excipito melle cocto, datoq; ante cibum mystrum. »

Pastillus coeliacis & dysentericis efficax.

Ouum crudum recens perforatum, in uas demittito. Huic olei immaturi uas »
unum admetire, piperis albi læuissimi tantundem, gallarum læuissimarum imma »
turarum tantundem, farinae triticeae parem modum ; omnibus maceratis emolli- »
tisq; pastillos fingito, & torrefactos dato ante cibum. »

Aliud: huius usu nouimus multos morbo liberatos.

Gallarum læuissimarum cochlearium, piperis albi, rhus rubri, malicorij læuissi »
mi, singulorum par modus : omnia emollita, oui luteo excipito, coniecta in mali »
puniciconcauum, & ostio adipe circumlito, obturatoq; supra prunas torrefacito, »
deinde malicorio purgato, dato cochlearium esui. »

Catapotia coeliacis & dysentericis utilia.

Gallarum immaturarum non perforatarum drachmæ quatuor, opij hispani »
drachmæ duæ, petroselinî drachma una; excipiuntur aqua, fiuntq; catapotia; dan- »
tur ciceris magnitudine pro uirium ratione. »

Aliud Aspasiij, generosum.

Petroselinî, ericæ seminis, rhu syriaci, opij, singulorum drachmæ duæ : myrtorū »
decocto catapotia finguntur, ac dantur ut est prædictum. »

Pastillus anodynos, coeliacis & dysentericis efficax, & bibitur, & per inferiora iniicitur:

interim cataplasmate eo utimur melle cocto excipientes.

Alterci seminis drachmæ quatuor, apij seminis tantundem, anisi, rosarum flo- »
ris, singulorum drachmæ duæ, hypocistidos, opij, singulæ drachmæ; aqua læuigata, »
in pastillos coguntur : dantur autem tres oboli, ijs qui febre carent ex uini tempe- »
rati cyathis tribus, febricitantibus ex aqua. »

Aliud coeliacis & dysentericis medicamentum probatum, & bibitur, & in aluum inditur.

Item extrinsecus impositum auxiliatur.

Apij seminis, alterci seminis, anisi, fœniculi, singulorū drachmæ quatuor, opij, »
rhus syriaci, singulorū drachmæ duæ, hypocistidos succi, balaustrij, singulæ drach. »
aqua excipito, formatoq; pastillos: dato ex more. »

Pastillus aromaticus coeliacis & dysentericis efficax, Berytio ascribitur, medicamentum pro-

batum : protinus fluorem sistit.

Croci drachmæ quatuor, nardi indicæ, anisi, singulorū æqualis portio, myrrhæ »
drachmæ duæ, aloes indicæ, hypocistidos succi, liquoris papaueris, gallarū imma- »
turarum, tragacanthæ, piperis albi, singulorum tantūdem; uino excepta in pastil- »
los redigito: dato obolos tres. »

Alius, qui ad Philippum refertur, dysentericis inueteratis salut. artis, anodynos:

bibitur & in aluum datur.

Balaustrij, acaciæ, hypocistidos succi, opij, thuris, myrrhæ, myrtorum nigrorum, »
croci, gallarum, lycij, aloes, rhu pontici, malicorij, singulorum drachmæ quatuor: »
excipiuntur uino italico, fiuntq; pastilli qui drachmam pendeāt : dato ijs qui carēt »
febre ex uino, febricitantibus ex mulso. »

Pastillus anodynos generosus, somnum concilians, inueteratis dysentericis.

Chartæ combustæ drach. decem, sandarachæ, arsenici, squamæ æris, aluminis »
scissi, omphacij, calcis uiuæ, singulorum drachmæ quinq; croci, opij, singulorū dra- »
chmæ duæ: singula curiose terito, deinde uino myrtite excipito, cogitoq; in pastil- »
los drachmā unam pendentes, & utitor, summā capiens iniectioem drachmarū »
trium, mediā duarum, infimā unius. In confectione omphacium tibi sit cum »
opio, uino dulci myrtite madefactum : crocus sit seorsim contritus : deinde simul »
mixta diligenter terito, post siccis admisceto, cogitoq; in unitatem, cauens ne medi- »
camentum à calce aduratur. Quod si huiusmodi aliquid fuerit subsequutū, adijcito »

» myrtitis quod satis est, ut omnia dissoluantur. Cæterum dum medicamentum ad-
 » hucalet, pastillos formare oportet. Consistentiæ immutatio ac uarietas requiritur,
 » prout laborâtes aut facile, aut ægre afficiuntur: ad hæc magnitudinis ratione. Inij-
 » cito diligenter in ijs qui febre carêt, cum uini austeri tēperati cyathis sex: in febrien-
 » tibus ex aqua, aut decocto palmæ glandium, aut rosarū, aut myrti. At priusquam
 » indatur, panis porrigitur si febris abest, cum diluta uini potione, febricitantibus
 » ex aqua.

Aliud, ijs qui febre uacant protinus efficax.

» Chartæ combustæ drachmæ decem, sandarachæ, arsenici, squamæ æris, alumi-
 » nis scissi, omphacij, lycij indici, acaciæ, gallæ, hypocistidos succi, calcis uiuæ, lingu-
 » lorum drachmæ quinque, croci, opij, singulorum drachmæ duæ: uino myrtitæ ex-
 » cipito, formatoq; pastillos magnitudine uariantes: ad summū drachmæ quatuor
 » iniiciuntur. Conuenit autem pro affectus magnitudine, quantitatē etiam expen-
 » sam iniicere. Cæterum liquor sit passum creticum dilutum, ut in summa iniectio-
 » ne sint cyathi sex.

Epithemata ad cæliacos, & intestinorum tormina.

» Alterci albi seminis, apij seminis, singulorum uncia quatuor, anisi seminis, ro-
 » sarum floris, hypocistidos succi, balaustrij, rhus syriaci, singulorū uncie duæ, liquo-
 » ris papaueris uncia una, croci tantundem: singula in leuorem detrita ex uino myr-
 » tite: deinde simul mixta, in pastillos redigito, liccatoq; in umbra: hinc contundens
 » cribransq; quātum satis est, excipito palmulis patetis: post in linteolum illita, uen-
 » triculo imposito. *Aliud.* Acaciæ succi, malicorij, alterci seminis, opij, gallarum,
 » omphacij, rhus obsoniorum, syriaci, singulorum uncie tres, myrtorum nigrorum
 » hemina una: contundito incernitoq; & uino austero macerata in pastillos cogito,
 » liccatoq; in umbra: usus indicatus est.

De uitij sedis.

Sedis uitia multis de causis curationem agrè recipiunt, quippe particula est ad-
 » modum sensilis: dictumq; à me sapius est, id genus corpora facile ab acrioribus &
 » austeris medicamētis irritari. Quinetiam recremētorum cibi transitus, & ipse per
 » se mordax est, & magis quod tum bilis ipsa, tum quædam fanies interdum per-
 » meant. Præterea adhuc quod medici statū tempus non habeant, quo medicamēta
 » applicent, sed agroti magna parte intempestiue, ac quando non conuenit, ad ex-
 » cretionem irruant. Iam humiditas caliditasq; loci siccantium pariter & refrigeran-
 » tium indiga, haud mediocriter curationis difficultatē promouet. Quia uero astrin-
 » gentia rodunt, locus aut tam sensilis rosionem tolerare nequit, ideo aptissima ipsis
 » sunt medicamenta quæ citra asperitatem astringunt: cuiusmodi potissimum sunt
 » ex metallicis, neq; acria, neq; omnino acerba: hæc enim lota, citra rosionē, id quod
 » par est efficiunt. Hæc igitur summam in memoria tenentes, materiam usu proba-
 » tam deinceps perscriptam habebitis.

Quæ Andromachus sedis remedia prodiderit. Hedrice, hoc est, ad sedem efficax remedium, qua utor. 49

Cerussæ, argenti spumæ, singulorum drachmæ quinque, thuris, aluminis scissi, sin-
 » gulorum uncia tres, croci oboli tres, uini & rosacei quod satis est.

Hedrice Apollonij qua utor.

Licij indici uncia duæ, cæsypii uncia una, ceræ tyrrhenicæ uncia quatuor (alij
 » uncia duæ) rosacei quod satis est. *Alia.* Butyri, ceræ, singulæ sesquuncie, medullæ
 » ceruinæ, cæsypii, thuris, singulæ uncia, aluminis scissi uncia tres, lycij uncia duæ, ui-
 » ni & rosacei quod satis est.

Alia Nicostrati.

Ceræ tyrrhenicæ uncia una, lycij indici uncia duæ, balaustrij semuncia, cæsypii
 » uncia una, acaciæ semuncia, rosacei uncia quatuor.

Hedrice

Hedrice Herophili.

Rosarum siccarum, aut uiridium, cerussæ, pompholygis, croci, argenti spumæ
lotæ, meliloti, singulorū drach. duæ, iunci odori, meconij, œsypi, singulæ drachmæ,
oui unius luteum tostum, rosacei quod satis est, succi plantaginis cyathi duo.

Alia, efficax etiam ad pruritus.

Argēti spumæ libra semis, thuris, terræ samia, singulæ uncia, œsypi uncia duæ,
rosacei tantundem, melini libra semis; sicca ex uino falerno in umbra siccato, adij-
ciens œsypum, ac myrta duo contrita.

Hedrice qua utor ad condylomata, & ani inflammationes, fissurasq̃.

Gutte ammoniacæ, lapidis hematitis, thuris, aluminis rotundi, singulorum dra-
chmæ duæ, gallæ, croci terebinthinæ, singulæ drachmæ, ceræ tyrhenicæ drachmæ
duodecim, rosacei hemina quatuor; utitor pessario cum serico, [in reliquis cum
rosaceo.]

*Hoc uidetur
superfluum.*

Hedrice que constat ex cerebris, unde encephalon dicitur.

Adipis anserini curati, ceræ, thuris, medullæ ceruinæ, rosarum floris, pompho-
lygis, cadmiæ, plumbi eloti, singulorū drachmæ quatuor, cerussæ drachmæ octo,
cerebri gruis drach. duæ, liquoris papaueris sesquidrachma, œsypi drach. quinque,
sereos succi hemina una, rosacei eius dimidium.

Hedrice Rustici, qua utor.

Rosarum uiridium drachmæ octo, lactis muliebris hemina, argenti spumæ dra-
chmæ quadraginta, meconij drachmæ quadraginta, oua cruda integra duo, buty-
ri, œsypi malicorij, singulorum drachmæ sedecim, mellis drachmæ centum (in alio
hemina dimidium) ceræ drachmæ quadraginta, rosacei aut myrtei hemina dimi-
dium: secundū Heram uero œsypi uice adipis anserini tantundem, & argenti spu-
mæ drachmæ decem, lactis hemina quarta pars, & luteum oui tostum.

Hedrice Tyranni.

Argenti spumæ uncia duæ, cerussæ uncia duæ semis, thuris uncia una, myrrhæ
tantundem, cadmiæ sesquuncia, aluminis scilli uncia quatuor, ceræ totidem, uini
& rosacei quod satis est.

Esamithræ Hedrice, ad multos usus efficax.

Argenti spumæ drachmæ duodecim, cerussæ drachmæ duæ, chalcitidis tantun-
dem, misyos tosti drachma una, resinæ terebinthinæ drachmæ sex, olei & aquæ he-
minæ quatuor.

Lipara ad achoras & scabiem.

Argenti spumæ, cerussæ, singulorum drach. trigintaduæ, chalcanti drachmæ
sedecim, sulphuris uiui drachmæ octo, myrtei & acetii quod satis est.

Lipara Galli.

Argenti spumæ, cerussæ, singulorum drachmæ uiginti quatuor, myrrhæ drach.
octo, thuris drach. octo, myrtei drach. quatuordecim, uini austeri æqualis portio.

Lipara qua utor Cleopantis.

Myrtei olei, lentiscini, rosacei, singulorum drach. sex, cerussæ libra una; argenti
spumæ elotæ uncia sex, uini ueteris italici sextarij sex, ceræ uncia quatuor.

Alia, quod nouem medicamentis constat, enneapharmacos dicta.

Mellis, ceræ albæ, medullæ ceruinæ, myrrhæ, butyri, adipis anserini, seui uituli-
ni, resinæ terebinthinæ, singulæ partes, olei tantundem; nonnulli etiam, gallæ
pars una.

Xantes, multiplicis usus.

Ceræ drachmæ sedecim, butyri drachmæ decem, œsypi tantundem, adipis anse-
rini drachmæ octo, resinæ terebinthinæ tantundem, medullæ ceruinæ drach. qua-
tuor, rosacei exiguum.

Herice di.apeganu, hoc est, exruta.

- » — Argenti spumæ mina, rutæ minæ dimidium (aliij minā ponunt) aceti drachmæ
» quatuor, olei quod sufficit.

Ad phimos & sedis uitia.

- » Plumbi combusti & eloti drach. decem, cerussæ drachmæ quatuor, ceræ drach.
» duodecim, adipis porcini, aut anserini drachmæ quatuor, olei quod satis est.

Ad phimos & sedis uitia Icodoti, quo Astainus curatus est.

- » Oesypi drach. una oboli tres, adipis anserini curati hyeme drachmæ sex, æstate
» drachmæ quatuor, medullæ ceruinæ aut cameli drach. duæ, ceræ tyrrhenicæ dra-
» chmæ octo, plumbi cremati & eloti drachmæ quatuor, ladani drachmæ duæ, adi- 19
» pis uitulini, resinæ terebinthinæ, utriusq; drachmæ quatuor, cerussæ drachmæ duæ,
» argenti spumæ drachma una, rosacei heminæ quarta pars, hoc est, sesquicyathus,
» quod est unciæ duæ semis: quæ liquari possunt aridis adijciuntur: cum tempore in-
» duruerint, rosaceo & adipe anserino soluantur. Facit etiam medicamentū ad arti-
» culos cicatrice recenti contractos.

Ad condylomata, quo nullum est præstantius.

- » Aluminis scissi drachmæ tres, ceræ drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, ce-
» russæ drachmæ duæ, opobalsami drachma una, œsypi drachmæ octo, thuris drach.
» quatuor, aloes tantundem: liquida aridis contusis superfundito.

Asclepiadis ad anum proidentem, ex quinto interiorum, ut Archelaus.

- » Stercoris plumbi, rhus syriaci, singulorum drachmæ octo, rosarum floris drach. 10
» quatuor, myrrhæ mineæ drach. duæ: sicco attingito, abstergens prius locum uino
» austero, aut lentisci decocto. Aliud. Gallæ immaturæ, malicorij sicci, rhus coriarij,
» singulorum drachmæ duæ, plumbi cremati drachmæ quatuor, argenti spumæ dra-
» chmæ octo: læuia applicato. Aliud. Balaustrij drachma una, mali punici corij dra-
» chmæ duæ, alterci feminis tantundem, cerussæ drachmæ uiginti, myrrhæ drachmæ
» duæ, plumbi eloti tantundem: læuibus utitor. Aliud. Piceæ corticis, argenti spumæ,
» manna, singulorum drachmæ duæ, cupressi galbulorū siccorum drach. duæ, plum-
» baginis tantundem: læuia applicato, loco prius uino acerbo absterfo.

Nostrum ad proidentem anum.

- Ericæ feminis, gallarū, acaciæ, cerussæ, hypocistidos succi, piceæ corticis, thuris, 30
» myrrhæ mineæ, singulorum drachmæ quatuor: sicca adspergito, loco prius uino
» austero absterfo.

De hæmorrhoidibus.

- » Quæ Asclepiades in quinto exteriorū prodiderit de hæmorrhoidibus, ad uer-
» bum ita habent. Quoniam hæmorrhoidum multæ opus habent ut inuertantur,
» quo medicamenta iplis commodè queant imponi, necessarium est etiam huius-
» modi remedia subscribere.

Quæ inuertant hæmorrhoides, Magni Tharsci, medicamentum probatum.

Ad hæmorrhoidum inuersiones.

- » Piperis, nitri, singulæ drachmæ: leuibus attingito, antequā medicamentū impo 40
» natur. Aliud. Aphronitri, fellis taurini, herbæ pediculariæ, singulæ drachmæ: læui
» bus attingito, mellis momento addito. Aliud. Absinthij succi, fellis taurini, herbæ
» pediculariæ, singulæ drachmæ.

Aliud ut Diogenes.

- » Cyclamini succi, mellis, utriusq; æqualis mensura: coquitur uase æreo, ut cerati
» liquidum habeat spissitudinem.

Aliud ex scriptis Largi ad inuersionem hæmorrhoidum quæ uix prociunt.

- » Centaurei succi drach. duæ, aluminis liquidum tantundem, misyos drachma una,
» herbæ pediculariæ tantundem: melle excipito, & anum circūlinito, aut lanam in-
» tinctam

tinctam sedi imponito. Quod si medicamentum desurgendi cupiditatem tibi fecerit, & tumor procidat, obducito anum ijs quæ ad hæmorrhoidas conscripta sunt. Quoniam à talibus usui accommodis sedes inuertitur, necesse est confectiones Nicodemi Romæ celebris perscribere. Cerussæ uncia una, argenti spumæ uncia quinque, cadmiæ uncia octo, aut pompholygis uncia una, olei myrtei uncia octo, uini boni tantundem, butyri uncia una.

Ad sedis inflammationes, & procidentiam.

Gallam flauam coctam læuigatam; applicato, ualentiori quidem uino, mitiori autem aqua. Item succus echini facit ad inflammationes, & sedis procidentias.

Aliud. Piceæ corticis drachmæ octo, cupressi galbulorum siccorum drachmæ duæ; ubi locum prius uino austero deterferis, læuia applicato.

Ad igneos sedis dolores.

Oui tosti luteum uino albo læuigatum & rosaceo cerato exceptum illinito.

Ad pruritus.

Cimoliam tritam cerato myrteo excipito.

Ad ani & naturalium scissuras.

Cineris rasuræ, linteolorum crematorum, & amyli, parem modum; læuigata, & oleæ foliorum succo mixta illinito.

Pastillus ad exerescentias.

30 Aloes, croci, singulorum drachmæ duæ semis, aluminis scissi uncia; læuigato ex uino aminæo, & utitor.

Ad naturalium affectus.

Naturalium exulceratio dignoscitur ex manifesto ipsorū dolore, ac inde quod per urinam nonnihil eorum quæ ulceri adhærent excernatur. Verum hæc ab ijs quæ è uelica feruntur, discerni licet, quod statim in primo exitu appareant; quæ uero ex uelica ueniunt, urinæ sint permixta. Porro naturalium et sedis ulcera, si citra inflammationem existant, siccantibus admodum indigent medicamentis, cuiusmodi sunt & quod charta combusta constat, & anethum crematū aridum, cucurbita uita. Verum humidi expertibus & recentibus ulceribus etiam aloe probe medetur, si in tenuissimū redacta puluerem arida inspergatur. At omnium ipsorum lenissimum est et à dolore alienum, nihilominus efficacissimum pompholyx. Si humidiora fuerint ulcera, piceæ cortex per se, et lapis hæmatites congruunt; si cauitas quædam adsit, manna prædictis misceri debet. Vteri ulcera aut uelicæ cum eisdem indigeant medicamentis, que intrò ea transmittant, per ea quæ liquari possunt, *τρυγίτις* græcè appellatur. Aptiora igitur sunt arida, cuiusmodi est crocus, pompholyx, & aloe facile miscemus plantaginis succo, siue alteri id genus alicui.

Ad scroti & naturalium dolores.

40 Butyro & resina æqualibus utitor, aut lini semine ex aqua cocto, & myrrhæ de cima parte admixta, & resinæ æquali locum obducito.

Ad naturalia tumida.

Vitis folia, thuris, singulæ drachmæ, cerussæ drach. quinque; trita applicato; utitor etiam superfusione marinæ aquæ frigidæ, quiete, & caulis deligatura.

Aliud. Lentem ex aqua coctam, & malicorium læuigatum applicato; si ex sudoribus in scroto ulcera oboriantur, gallam læuem & alumen inspergito.

Ad naturalium phymata.

Apii semen inspergito, & felle taurino oblinito. Fissuras naturalium adiuuat resina fricta, cum rosaceo subacta ad sordium usque spissitudinē, admixto etiam oui tosti luteo, aut rosacei, amyli, thuris, singulis uncijs: aut hederæ foliorū siccorū crematorū cinis trita ex oleo in pila plumbea. Ad naturalium inflammationes, uua acinis

» exemptis & cuminum trita imponito. Aut hordeaceā farinam mulsā incoctam,
 » uitis folia tenera trita cum polenta, omnia inducito. Aut cuminū tritum cum bu-
 » tyro & resina aequalibus liquefactis. Si testiculi aphthis tententur, terra cimolia
 » cum aqua prius illitis sinito liccescere, & aquā calida absterfis, myrtum nigram la-
 » uem, & smyrnei pauxillum tritum applicato. Ex crescentias testiculorum cinis sar-
 » mentatus cum nitro & aqua maceratus perfanat si applicetur.

De priapismo.

Priapismus est firmum genitalis incrementum, quod in longum latumque intur-
 mescit, citra ueneris appetentiam; flatulentus nimirum est spiritus, qui particulam
 in tumorem attollit, humorum uiscosorum crassorum que soboles modici caloris
 gratia. Notum uero est cuilibet particulas non esse calefaciendas, sed leuiter refri-
 gerandas cerato rosaceo cum aqua contuso; item chamaemelino genitali & lum-
 bis imposito, uictus & medicamenta exhibent, quae extenuare citra manifestum
 calorem possunt. Applicabuntur etiam quae naturali modo operantur, experimen-
 tis ac usu probata. Nymphaea his quoque potui dabitur, agni semē, rutaque uiridis, ob-
 sonijs mixta, sed per initia ea non assumi debet, ut quae uehementer calefaciat, uerū
 post aliorum extenuantium usum. Id faciendum uenit, cum uacuatione per ene-
 mata moliris: nam uicinae particulae saepe per aluum inferiorem profluunt.

Ad eos qui uinam inuiti reddunt.

Vesica caprilla, aut quilla cremata ex posca propinatur; uesperī autem cum sid-
 cubandum est. Bene facit etiam leporis testiculus, si uino odoro decoctus bibat.
 Calamintham & myrrhā ante coenam potui dato, genitalia uero ungantur cimo-
 lia creta cum succo perdicij.

Ad uuluae affectus.

In uteri strangulatu corpus sensu priuatur motuque, pulsus apparet languidus,
 exiguus, & omnino aboletur: in nonnullis sensus quidem, & motus, & ratio constat,
 uix autem respirant; quibusdam et uox inter moritur, alij artus contrahuntur. Fit
 igitur sensus, motus, & spirationis abolitio ex frigiditate, dum ipsis abunde est so-
 lus per arterias totius corporis perspiratus, nec respirare per os desiderant, ut dixi,
 propter frigiditatem, cum superiori tempore, quo probe purgabatur, uterum ge-
 rebant, & cum uiris coibant, his leuantur, ut uideatur humidum & frigidum in
 ipsis semen totum refrigerare corpus. Ad uteri strangulatus conuenit agarici un-
 cia una ex uino pota. Plantaginis semē & succus cum uino, unguis ex concha, po-
 tus. Acetum scillinum sorbere prodest. Naribus admota excitant periclitantes, bi-
 tumen, castoreum, galbanum, pix liquida, liquor cedrinus, pili combusti, ru-
 ta, cepa, allium. Incenditur autem suffiminis gratia cornu ceruinū,
 & ruta cum melle lana excepta, ano applicantur.

LIBRI NONI FINIS.